

B. H. e

~~Anno 1667~~ 1667

1667
de or

Scribt. Rom. in Ottava

N. 148.



1667

N. 143.

Herr Schmidt

**Q. HORATII
FLACCII
CARMINUM, seu ODARUM
LIBRI IV.**

ET
EPODON LIBER UNUS,

Ab omni obfccœnitate

Romæ expurgati,
*In Usum Studioſæ Juventutis
facilioribus notationibus
illustrati.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Sumptibus WILH. METTERNICH Bibliop.
Sub Signo Gryphi.
ANNO M. D. CC. XII

GYMN. HALB.



DE Q. HORATHI VITA.

 *Quintus Horatius Flaccus in Venusio, Apuliae oppido natu anno Urbis conditæ 689. Patrem habuit libertini generis; mihiū, quād brevi tempore in bonis litteris profecerit; Ingenio enim facilis & avidissimo optimas quaque disciplinas mox capiebat. Humanitatis & Eloquentie studiis Roma imbuens, Athenas periit, Philosophiam additurus vacabat illi, quando post Cæsaris necem Brutus Macedoniam petens, ac bellum meditans, annos natum 22. ex Philosopho milicem, immo Tribunum militum fecit; sed neutri ea res bene cessit. Horatius enim à schola recens armorum rudis & Philippensi prelio fugit, Brutus autem eodem periiit. Patrono itaque & reb. necessariis destitutus Horati u Romam rediit, ibique ad Liricos versus faciendo sese contulit; qui eundem primo Mecenati, dein Octavianu Augusto reddiderunt imprimitum Amicum & familiarem.*

Opes à Mecenate habuit, quantas oportuit, ne quid decesset; præcipue villam in Sabinis ab eo donatam, non sine gratia animi sensu commemorata. Vino intemperanter deditu.

Vitam duxit quidem Calibem, minus tamen castam. Ingenium facile simul & summum exhibent singuli prope apices eorum que scripsit. Quod præter Mecenatem, Agrippam, & ipsum Augustum, Virgilio, Vario aliisque plurimis eruditione clarissimi, & dum viveret, & simul post mortem placuit. Corpore fuit obeso, & brevi, oculis lippis. Vivere desit eodem annorum Mecenate ætatis suæ 57. Urbis conditæ 746.

Humatus est in Esquilini, juxta a Mecenate tumultum. Harede Augusto palam nuncupato, cum urgente morbi violentiâ, ad obsequandus mentis fabulas tempus non sufficeret.

L 57
Q. H

A. Q. HORATII FLACCI

Carminum , seu Odarum.

LIBER PRIMUS.

ODE I. AD MECÆNATEM.

Argum. *Dedicat libros suos Lyricos Mecænati Horatius , exponens quæ fuerit causa , cur illos scriberet , scilicet maxima propensio ad hoc genus carminis.*

Mecænas (a) atavis edite regibus ,
O & præsidium , & dulce decus meum :
Sunt quos curriculo (b) pulverem Olympicum

Collegisse juvat , metaque fervidis
Evitata rotis , palmaque nobilis

Terrarum dominos evehit ad Deos.

Hunc si mobilium turba Quiritium

Certat (c) tergeminis tollere honoribus :

Hum si p oprio condidit horreo

Quicquid de Lybicis vertitur aereis.

A 2 Gau-

(a) Mecænas fuit progenitus stirpe Regia

(b) Equorum cursu & quadrigarum agitatione
habebantur ludii ad montem Olympum.

(c) Maximis.

4 C A R M I N U M

Gaudentem patrios findere sarculo
 Agros : Astalicis conditionibus
 Numquam dimoveas, ut trabe Cyprī
 (d) Myrtoum pavidus nauta fecet mare,
 Luctantem (e) Icaris fluctibus Africum

Mercator meruens, otium & oppidi
 Laudat sura sui : mox reficit rates
 Quassas, indocilis pauperiem pati.
 Est, qui nec veteris pocula Massici, (f)
 Nec partem (g) solidō demere de die
 Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
 Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.

Multos castra juvant, & lituo tubæ
 Permitus sonitus, bellaque matribus
 Detestata ; manet sub Jove frigido
 Venator teneræ conjugis immemor:
 Seu visa est catulis cerva fidelibus,
 Seu rupit teretes (h) Marsus aper plagas.
 Me doctarum hederæ premia frontium
 Diis miscent superis : me gelidum nemus,
 Nymphaiumque leves cum Satyris Chori

Secer-
 (d) Pars Ægæi maris , sic dicta à Myrseloi ibi in
 mare præcipitato.

(e) Icaris fluctus ponuntur pro mari Icario , ejus
 appellationis fabulesa origo est ab Icaro lapsus vera
 ab Insula Icaria prope Samum sita.

(f) Vinum optimum ex collibus Massicis in Campa-
 nia.

(g) Dies solidus , qui rotus negotiis datur usque ad
 Canam. Unde rara mentio prandii apud Romanos.

(h) Apud Marsos Italæ populos inveniebantur
 Apri maximi.

LIBER I.

8

Secernunt populo : si neque tibias

Euterpe coheret, nec Polyhymnia

(i) Lesboum refugit tendere Barbiton,

Quod si me Lyricis vatibus inferis,

Sublimi feriam sidera vertice.

(i) Instrumentum Musicum ad modum Lyræ choræ
dis instructum; eo usa est Sappho puella & Alcaeus,
Poëta Lyrici ex Lesbo oriundus.

ODE II. AD AUGUSTUM CÆSAREM.

Arg. Commemoratis cladibus, & prodigiis quibus ob
necem Juli Cæsaris Urbem vexarant superi, u-
nam Deorum ira mitigandæ & Imperii moderan-
di spem afferit in Augusto constitutam.

JAm satis terris nivis, atque diræ (a)

Grandinis misit pater: & (b) rubente

Dexterâ sacras jaculatus arces

Terruit urbem;

Terruit gentes grave, ne rediret

(c) Sæculum Pyrrhæ nova monstra questæ:

Omne cum Prophœus pecus egit aktos

Visere montes;

Piscium & summâ genus hæsit ulmo,

Nora quæ sedes fuerat columbis,

Et superjecto pavidae natant;

Æquore damæ,

Vidimus flavum Tiberim retortis

Littore Hetrusco violenter undis,

A 3

Ite

(a) Pluit saepè lapidibus, quos diram grandinom
vocas Poëta.

(b) Pluræ templa fulmine tañta.

(c) Aquarum eluvio, qualis fuit tempore Deucalio-
nis, cuius conjux erat Pyrrha.

Secer-
ibi in
• ejus
vera
mpa-
ue ad
nos.
interv

C A R M I N U M

Ite dejectam [d] monumenta regis,

Templaque Vestæ:

[e] Iliz dum se nimium querenti

Jactat ulorem: Vagus & sinistrâ [f]

Labitur ripâ, Jove non probante

Uxorius amnis.

Audier vives acuisse ferrum,

Quo graves Peræ melius perserent:

Audier pugnas, vitio parentum

Rara juventus.

Quem vocet divum populus ruentis

Imperi rebus? prece quâ farigent

[g] Virgines sanctæ minus audientem

Carmina Vestam?

Cui dabit partes scelus expiandi

Jupiter? tandem venias precamur

Nube candentes humeros amictus

[h] Augur Apollo.

Sive tu mavis [i] Erycina ridens:

Quam jocus circum volat, & Cupido,

Sive neglectum genus, & nepotes

Respicit auctor.

Heu
[d] Vestæ templum fuit excitatum in parva Re-

gia Numæ, cuius modestia & piatatis menimentum.

[e] Ilia Romuli mater sepulta fuit ad ripam Anie-

nis; unde ejus cineres in Tiberim propulsi fecerunt

locum fabula, illamq; supposse Tiberi. [f] Roma Vetus

tota erat ad sinistram Tiberis. [g] Virgines Vestales

propter Virginitatem, quam delibant servare intam-

natam, in maximis erant honoribus. [h] Quia Di-

vinationibus præsidet. [i] Cognomen Veneris à men-

de Sicilia Eryce, in quo præcipue celebatur.

Heu nimis longo satiare ludo :
 Quem juvat clamor , galeæque lœves,
 Acer & Mauti peditis crenatum

Vultus in hostem.

Sive mutatâ juvenem figurâ,
 Ales in terris imitaris , almæ
 [k] Filius Majæ, patiens vocari
 Cæstoris ulti.

Seru in cœlum redeas, diuque
 Lætus int̄ sis populo [l] Quirini:
 Neve te nostris vitiis iniquum

Ocius aura.

Tollat: hic magnos potius triumphos,
 Hic ames dici [m] pater, arque princeps,
 Neu sinas Medos equitare inultos

Te duce, Cæsar.

[k] Mercurius , cui Octavianum Augustum similem dicit. [l] Romani à Romulo, qui etiam dicebatur Quirinus, dicebantur populus Quirini. [m] Pater patriæ

ODE III. AD NAVIM, VIRGILII ATHENAS DEVEHENTEM.

A g. Virgilio sibi Carissimo felicem precatur navigatorem; tum ut ostendat, quām ægrè ejus ferat absentiā, acriter in illum invabitur, qui primus navis gandi dedit exemplum.

(a) Sic te (b) diva potens Cyprī,
 (c) Sic fratres Helenæ, lucida sidera,

A 4

Ven-

[a] Adjurandi formula Poëti familiaris. [b] Venus colebatur in Cypro, unde & invocabatur à nauis. [c] Castor & Pollux mutatis in geminas stellas avigantibus salutares.

Heu
a Re-
ntum.
Anie-
ceruns
Vetus
ftales
tami-
a Di-
men-
g

C A R M I N U M

VenterūMque regat pater, [d]

Obstrictis alius præter Iapyga, [e]
Navis, quæ tibi creditum.

Debes Virgilium, si inibus Atticis:
Reddas incolumem precor:

Et serves animæ dimidium meæ. [f]
Illi robur, & æs triplex [g]

Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem.

Primus: nec timuit præcipitem Africam
Decertantem Aquilonibus:

Nectristes Hyadas [h] nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Adria

Major, tollere seu ponece vult freta
Quem mortis timuit gradum, [i]

Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turbidum, &

Infames scopulos Acroceraunia:
Ne quicquam Deus abscidit

Prudens Oceano dissociabilis
Telras: si tamen impie

Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti,

Gens humana ruit per vetitum nefas.

[d] Aeolus.

[e] Iapyx est ventus ex Italia in Graciam pro-
pellens. [f] Optimum meum amicum.

[g] Homo durus & barbarus. [h] Atlantis filii,
quæ ob continuas lachrymas quibus fratriæ à Leone
occisi furus prosequebantur multæ singuntur in
stellas pluviam invehentes. [i] Seu mortis ge-
ra, alia aliis atrociora, quasi per gradus.

[k] Au-

L I B E R . I.

9

(f) Audax Japeti genus

Ignem fraude malâ gentibus intulit.
Post ignem æthereâ domo

Subductum, macies, & nova februm
Terris incubuit cohors:

Semotisque prius tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.

Expertus vacuum Dædalus atra (l)
Pennis non homini datis:

Perrupit (m) Achæonta Hæcclaus labor;
Nil mortalibus arduum est.

Cœlum ipsum perimus stultitia: neque
Per nostrum patimur scelus

Itacunda Jovem, ponere fulmina.

(k) Prometheus Japeti filius huminem ex luto
primus fixisse dicitur, quem igne cœlesti animavit.

(l) Dædalus faber ingeniosissimus Icaris pater, ut fugeret è Creta, alas sibi & filio aptasavit. (m) Flu-
vius apud Inferos, quos adire cum esset difficillimum,
inter labores Herculis numeratur.

O D E . I V . A D P . S E X T I U M .

C O N S U L A R E M .

Arg. Amænitate veris, & communis meriendi necessitate
proposita hortatur Sextium, ut genio indulget.

S Olvit actis hiems gratâ vice veris, & Favoni, (a)
Trahuntque siccas machine carinas,

Ac neque jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni,

Nec prata canis albicant pruinis, (Lunâ:
Jam.) (b) Cytherea choros ducit Venus, imminentे

Junæque Nymphis Gratiae decentes,

A s

Alterno

(a) Seu Zephyris qui incipit flare tempore veris.

(b) Cognomen Veneris ab Insula Cythera.

Au-
pro-
li, e,
one
in
ue-

Alterno terram quatunt pede, dum graves (c) Cy-
clopum

Vulcanus ardens urit officinas.

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myto
Aut flore, teræ quem ferunt foliæ.

Nunc & in umbrosis Fauno decet iuimolare lucis,
Seu poscat agnâ, sive malit hædo.

Pallida mors æquo pullat pede pauperum tabernas,
Reginaque tuiles, ô beate Sexti,

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam,
Jam te premet nox, fabule que manes,

Et (d) domus exilis Plutonia, quo simul (e) mearis,
Nec regna vini sortiere talis.

[c] Officinæ græves ob laborem, item oderem,
[d] Rebus necessariis parum instructa. [e] id est, Dis-
cesseris. [f] Dari solebat uni convivarum regnum vi-
niæ, id est potestas imperandi, quantum cuique biben-
dum. Hæc autem deferebatur illi, qui aleis projectis
habebat Veneris jactum, seu felicissimum, qualis ha-
bebatur, quando omnes tesserae referebant diversos
numerous.

ODE VI. AD M. VIPSANIVM AGRIPPAM.
Arg. Bella ab eo gesta afferit à Vario insigni illorum
temporum Poëta esse decantanda.

Scriberis Vario fortis, & hostium
Viator, [a] Mæonii carminis alite,
Quam rem cù: que ferox navibus, aut equis
Miles; te duce, gesserit.

Nos Agrippa, neque hæc dicere, nec [b] gravem
Peliæ stomachum cedere nescii,

A §

Nec

[a] Varius Mæonii seu Heroici carminis insignis
Poëta. [b] Gravem iram Archilî filii Pelei ob rap-
tam sibi ab Agamemnonne Briseidem puellam.

Nec cursus duplicitis per mare Ulysses,
 Nec sœvam Pelopis domum
 Conatur, tenues grandia : dum pudor,
 Imbellis que sy: & Musa potens verat
 Laudes egregii Cæsaris, & tuas
 Culpa deterere ingeas
 Quis Martem tunicâ testum adamantinâ
 Digne scriperit? aut pulvere Troico
 Nigrum Merionen? aut ope Palladis
 (c) Tydideum superis patem?

(c) Diomedem, qui adjuvante Pallade Martem
 vulneravit, & Venerent.

ODE VII. AD MUNATIUM PLANCUM.

Arg. M. Plancum Consularem variis fortunæ casibus agitatum object Tiburtina regionis, ubi Plan-
 cus habebat villam, amoenitate à mærore animis con-
 natur revocare ad hilaritatem.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitilenen,
 Aut Ephesum, bimaiisive Corinthi (a)
 Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
 Insignes, aut Thessala Tempe:
 Sun, quibus unum opus est (b) intactæ Palladis ur-
 bem

Carmine perpetuæ celebrare, &
 Undique decerpitam, fronti p̄ponere olivam:
 Plurimus in Junonis honorem,
 Aptum dicit equis Agros: (c) dñsque Mycenæ,
 Me nec (d) tam patiens Lacedæmon,

A 6

Nec

(a) Quam alluit geminum mare. (b) Athe-
 nas. (c) Id est Divites. (d) Vel Sparta, quæ
 ut pueros ad patientiam institueret, à teneris annis
 severissimæ eos exercebat disciplinæ.

Nec tam Larissæ percussit campus opimæ:

Quam domus Albuneæ [e] resonantes,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & uda
Mobilibus pomaria rivi.

[f] Albus ut obscuræ detergit nubila cas'o
Sæpe Notus, neque parturit imbræ

Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitæque labores

Molli, Plance, mero: seu te fu'genia signis
Castra tenent, seu densa tenebit

Tiburis umbra tui. Teucer [g] Salamina, patrém-
que

Cum fugeret, tamen uida Lyæo

Tempora populeâ fertur vinxisse coronâ,

Sic tristes affatus amicos:

Quo nos cunque feret [h] melior fortuna parente,
Ibimus, & socii, comitque:

Nil desperandum Teuctro duce, & auspice Teuctro:

Certus enim promisit Apollo,

Ambiguum tellure novâ Salamina futuram,

O fortes, pejorâque passi

Mecum sæpe virtù, nunc vino pellite curas,

Cras ingens iterabimus & quor.

ODE

[c] Albunea est nomen fontis & sylvæ juxta flu-
vium Anienem.

[f] Notus dicitur albus, quod nubes collectas
Serenato aere dissipet.

[g] Telamonis Salaminae Regis filius.

[h] Äquiorem speramus fortunam, quam Pa-
rentem Telamonem, qui quod suspicaretur à Teuctro
ad Trojam Ajacem fratrem esse occisum, ipsi gravis-
sime fuit iratus.

LIBER I.

13

ODE VIII. AD LYDIAM.

Arg. Ostenditur exemplo Sybaris, quām homines faciat ignoravos profani amoris insania.

LYdia dic, per omnes

Te Deos oro, sybarim cur p:operes amando.

Perdere: cur apricum,

Oderit Campum patiens pulveris, atque Solis?

Cur neque militatis

Inter aequales equites; Gallica nec [a] lupatis

Temperet ora frenis.

Cur timet flayum Tiberim tangere? cur olivum [b]

Sanguine viperino

Cautius vitat? neque jam livida gestat armis

Brachia, saxe disco,

Sæpe trans suem jaculo nobilis expedito?

Quid latet, ut matinæ

Filiū dicunt Thetidis sub lacrymosa Trojæ

Funera: ne vitilis

Cultus in cædem, & Lycias protiperet catervas.

[a] Frænis in modum lupinorum dentium eb in-
æqualitatem asperis. [b] Hæc duo significant luctam:
Olive enim ungebantur Athletæ; antequam certarent,
& post certamen ad eluendum oleum & pulveres cor-
pori adhaerentes immergabant se vicino Tiberi. [c]
Achilles Thetidis filius, ne cogeretur contra Trojanos
pugnare, latuit iub' ueste muliebris.

ODE IX. AD THALIARCHUM.

Arg. Thaliarchum invitat ad Hilarioris vitæ
Latitiam.

VIdes, ut altâ stet nive candidum

[a] Soracte, nec jam sustineant onus

A 7

[b] Syl-

[a] Soracte mons;

C A R M I N U M

[b] *Sylvæ laborantes, gelique
Flumina constitent acuto;*

Dissolve frigus, ligna super foco

*Largè reponens, atque benignius [c]
Deprome quadratum Sabina,*

*O Taliache, merum [d] diorā,
Permitte divis cerera; qui simul*

Stravere ventos a quo ferido

*Depetiantes, [e] nec cupressi,
Nec veteres agitantur ornī. [f]*

Quid sit futurum cras, fuge quætere: &

Quem fors dierum cūnque dabit, lucro

Appone; nec dulces amores

Sperne puer, neque tu choreas.

Donec virenti [g] canities abest

Morosa, nunc & campus, & areæ,

Tenē que sub noctem susurri

Composita repetantur horā.

(b) *Sylvæ laborantes propter nimiam molent nivium.*

(c) *Vinum vetus. (d) Vasis genus duabus Anfis*

tanquam auribus utrinque instructum. (e) Omnia

quiescunt. (f) Species ponitur progenere. (g)

Canities morosa, quia senes communiter morosi.

ODE X. AD MERCURIUM.

Arg. *In Mercurii laudes excurrat.*

Mercuri facunde, (a) nepos Achlantis,

Qui feroci cultus hominum recentum,

Voce formasti carus & decoræ

More palestræ;

A 7

Te

(a) *Quia filius Maja, cui pater Atlas, docuit ille
homines prius efferos humanitatem. Erat Deorum
nuntius, Et inventor Lyrae.*

Te canam magni Jovis, & deorum
Nuntium, cuiusque (b) lyrae parentem,
Callidum quicquid placuit jocosio
Condere furto.

Te boves olim nisi reddidisset
Per dolum amotas puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetrâ,
Risit Apollo.

Quin & (c) Atridas duce te superbos
(d) Illo dives Priamus seculo,
Thessalosque ignes, & iniqua Trojæ
Castra fecellit.

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, (e) virgâque levem coërces
Aureâ turbam, (f) superis deorum
Gratus, & imit.

(b) Petet artificiosè furari. (c) Menelaus &
Agamemnon filii Atrei. (d) Priamus Rex Ilis seu
Trojæ decepit Græcos excubantes, & Trojam obſi-
dentes. (e) Virga Mercurii est caduceus, quæ ha-
bet duos serpentes inter se implexos. (f) Omnibus
gratus.

ODE XI. AD LEUCONEN.

Arg Leuconœn de vita diuturnitate Mathematico-
cos consulentem mones, ut emis: futurorum cu-
râ præsentibus utatur.

TU ne quæsieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem dii dederint, Leuconœn; nec (a) Babylonios
Tentari numeros, ut melius, quicquid erit pati.

Seu

(a) Supputationes, quibus utebantur Chaldae ad
divinationes ex rationibus Astrologicas conficiendas.

(a) Seu plures (b) hieme, seu tribui Jupiter ultimam:
 Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare
 Tytthenum, (c) sapias, vina (c) liques, & spatio brevi
 Spem longam reseces: dum loquimur, fugerit invida
 Ætas: carpe (d) diem, quæm minimum credula po-
 stero.

(b) Seu annos. (c) Bibas. (d) Utere præsentis tempore.
 ODE XII AD AUGUSTUM.

Arg. Augusto gratulatur. Marcellum generum &
 nepotem. Ominatur omnes hæc tenus Duces ab eo
 virtute bellicâ esse superandos.

Quem viuum, aut heroâly à vel acri
 T. biâ sumes celebrate, Clio? (a)
 Quem deum? cuius retinet jocosa (b)
 Nomen image.

Aut in umbrofis (c) Heliconis oris,
 Aut super Pindo, gelidôve in Hæmo?
 Unde vocalem temere infecutæ

(d) O pheœ silvæ,
 Arte maternâ rapidos moraptæ
 Flumina lapsus, celestesque ventos,
 Blandum & auritas fidibus canoris
 ducere quercus.

Quid prius dicam solitis parentum
 Laudibus? qui res hominum, ac deorum,
 Qui mare, & terras; variisque mundum
 Temperat horis?

Unde nil majus generatur ipso,
 Nec viget quidquam simile, aut secundum:

Pro-
 (a) Nomen Musæ. (b) Echo. (c) Helicon, Pindus,
 Hamus tres montes Musis gratis. (d) Orpheus vel Or-
 pheum, fuit filius Calliope, Musarum præstantissima.

Proximos illi tam en occupavit

Palla: honores.

Præliis audax ne que te silebo

Liber , & fœvis inimica virgo (c)

Belluis : nee te me uende certâ,

Phœbe, sagitta.

Dicam & (f) A'c. den , puerōque (g) Ledæ

Hunc equis , illum superare pugnis

Nobilem : quo: um simul alba nautis

Stella refulsi:

Defluit saxis agitatus humor :

Concidunt venti, fugiuntque nubes :

Et minax (sic Di) voluere) ponto

Unda recumbit.

Romulum post hos prius , an quietum

(h) Pompili regnum memorem , an superbos

Tarquinii fasces , dubito , ar (i) Catonis

Nobile leichum.

Regulum , & Scauros , animæq; magnæ

Prodigum Paulum superante Poeno.

Gratus insigni referam [k] Camænâ,

Fabricijumque.

Hunc & incomptis Cutium capillis.

Utilem bellotulit , & Camillum

Sæva paupertas; & avitus apto

Cum Late fundus.

Crescit

(e) Diana Venationis Præses.

(f) Seu Herculem.(g) Castor & Pollux Læda filii;
querum stellâ fulgente tempestates residunt.(h) Nu-
mæ Pompili secundis Romanorum Regis.(i) Cato ,
Regulus Scaurus &c. sunt insignes Roman. Duces (k)
Musæ pro Carmine.

18 CARMINUM

Crescit occulto velut arbor avo
 Fama Marcelli: nuncat inter omnes
 [l] Julius fidus velut inter ignes
 Luna minores.

[m] Genius humanæ pater, atque cuncta
 Orte Saturno, tibi cura magni.
 Cæsaris fatis data: tu secundo
 Cæsare regues.

Ille, seu Parthos Latio imminentes
 Egerit justo domitos triumpho,
 Sive subjectos Orientis oris

[n] Seras, & Indos:
 Te minor latum reget æquus orbem,
 Tu gravi curru quaties Olympum:
 Tu parum castis inimica mites

Fulmina lucis.

(l) Marcellus Junior ob nupicias cum Julia Auguſti filia in familiam Julianum fuerat adscitus. (m) Jupiter. (n) Seres extremi Orientis populi.

ODE XIV. AD REMPUBLICAM.

Arg. Sub allegoria navis ex præterita tempestate La-
 cerae Remp. hortatur, ut emissa à novis bellis cogitatio-
 ne Cæsari se permittat.

O Navis, referent in mare te novi
 Fluctus, δ quid agis? fortiter [a] occupa
 Portum, nonne vides, ut
 Nudum remigio latus,
 Et malus celeri saucius Africo,
 Antennæque gemant, ac sine funibus

[b] Vix
 (a) Id est, Cæsaris clementem potentiam.

(b) Vix durare carinæ
Possint imperiosus
Æquor? non tibi sunt integra linea,
Non diu, (c) quos iterum pressa voces malo,
Quamvis (d) Pontica pinus
Silvæ filia nobilis
Jactes & genus, & nomen inutile.
Nil pietis timidus: navita puppibus
Fidit, tu, nisi ventis
Debes ludibrium, cave.
Nuper sollicitum quæ mihi tedium.
Nunc desiderium, cuiaque non levis,
(e) Interfusa nitentes
Vites æquo a Cycladas.

(b) Non possunt ferre vim maris cencitati. (c) Deos vocat Magnates, qui velint aut possint esse Duces pro Rep. pugnaturis. (d) Id est, navis ex optimis arboribus fabricata. In ponto enim crescebat præstantissima ligna pro construendis navibus. (e) Bellum Civile dicit esse simile mari Aegaeo, in quo nuper acriter erat dimicatum.

ODE XV.

A^rg. Inducitur Nereus Paridi vaticinans excidium Trojae ob raptam Helenam.
P^astor: cum traheret per freta navibus
(b) Idæis Helenam perfidus hospitam,
Ingrato ce^reres obtulit otio
Ven^os, u^cane et fera
(a) Paris, quia cum Pastoribus fuerat educatus.
(b) Idamens prope Trojam, unde Trejani sumebant arbores pro navibus construendis.

Nereus

Nereus fata. [e] Malà ducis avi domum,
Quam multo reperet Græcia milite,
Conjurata tuas nuptias

Et regnum Priami verus.

Eheu! quantus equis, quantus adest viris
Sudor? quanta moves funera [d] Cardanæ
Gentij? jam galeam Pallas, & xg. da,

Curiisque, & rabiem parat.

Nequicquam, Veneris præsidio ferox,
Pestes Gæsariem: grataque fœminis
Imbelli citharâ carmina dividet;

Nequicquam thalamo graves,
Hastas, & calami [e] spicula Gnossij
Vitabis, strepitumque, & celerem sequi
Ajacem, ramen, heu, se: us adulteros

[f] Crines pulvere collines:
Non [g] Laertiaden exi: ium tuæ
Gentis, non (h) Pylium Nestora respicis?
Ugent impavidite Salaminius

Teucé que, & Sthenelus sciens
Pugnæ, sive opus est imperitare equis,
Non autiga p' ger, Merionem quoque
Nosces, ecce furit te reperi te atrox

(i) Ty-

(c) Infelici omne : ex avisbus enim capiebantur auspicia & auguria bona & mala. (d.) Trejanis, qui à Rege Dardeno gens Dardania

(e) Prope Gnossum Urbem Cretæ crescebant lignum sagittis conficiendis aptissimum. (f) Frustra effugies sagittas, quæ te occident. (g) Ulysses Laertis filius, (h) Nestor ex Pykoriundus.

[i] Tydides, melior patre,
Quem tu, cervus uti vallis in altera
Visum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,

Non hoc pollicitus tux.

[k] Iracunda d em proferet Illio,
Matronitque Ph ygum classis Achillei,
Post certas hiemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

(i) Diomedes Tydeis filius. (k) Achilles propter ereptam
sibi ab Agamemnonne Briscidem ira pertinaci offensus
longo tempore recusavit pugnare in Trajanos unde &
dilatum Trojae excidium.

ODE XVI. PALINODIA.

A.g. Cenatur placare aliquam iæ vehementi attribu-
ens aliquos versus, quibus illa se lœsam conquerereba-
tur. Effectus itæ per totum.

[a] O Matte pulchrâ filia pulchrior,
Quem criminosis cùmque vo'les modum
Pones Jambis; sive flammâ,
Sive mari liber Adriano.
Non [b] Dindymene, non ady:is [c] quat:it.
Mentem fæderorum incola [d] Pithius:
Non liber æquæ, non acuta.

Sic

(a) Quam velueris fer sententiam de meis Carminis-
bus, percant flammis vel aquis submergantur. (b) Cy-
bele à monte Dindymo, in quo illi sacra faciebant Cory-
bantes inter magnos tympanorum strepitus. (c) Ady-
tas sunt interiora templi sacraria, quæ soli Sacerdotes
frequenabant. (d) Apollo à cæde Pythonis serpentis
sic dictus. Liber pro Baccho.

C A R M I N U M

Sic germinant Coribantes æra,
 Tristes ut ~~æ~~: quas neque [e] Noricus
 Deterrerens, nec mare naufragum,
 Nec lœvus ignis, nec tremendo
 Jupiter ipse ruens tumultu.
 Fertur Prometheus addere principi
 Limo coactus particulam undique.
 Defectam, & insani leonis
 Vim stomacho apposuisse nostro.
Ita Thyesten exitio gravi
 Stravet eis: & altis turbibus ultimæ
 Stere causæ, cur perirent
 Funditus, imprimè etque mutis
 Hostile æratum exercitus insolens.
 Compescit mentem: me quoque pectori,
 Terravit in dulci juventa
 Fervor, & in celestes Jambos
 Misit furentem, nunc ego mitibus
 Muræ e quæro tristia: *
 (e) Apud Noricos Germaniae populos erat ferrum
 probatissimum ad gladios maximè idoneum.

ODE XVII. AD TYNDARUM.

Arg. In Persona Pastoris invitat Tyndarum in Mon-
 tem Amoenissimum Lucretilem.
VELOX amœnum sœpe Lucretilema
 Mu[ai] [a] Lyceœ Faunus, & igneam
 Defendit æstatem capillis
 Usque meis pluvialis que ventos,
 Impundaturum per nemus abutos
 Quærent latentes, & thyma devixæ
 (a) Lyceus mons est Arcadia.

[b] Olen-

(b) Olentis uxores mariti:

Nec virides meruunt colubros.

(c) Nec martiales (d) hædulei lupos:

(e) Utrumque dulc. Tyndati fistulâ

Valles, & (f) Usticæ cubantis

Levia personuere saxa.

Dil me tuerunt: dil pietas mea,

Et musa cordi est: hinc tib. copia

Manabit ad plenum benigno

Ruris honorum opulenta cornu,

Hic in reducta valle, Caniculæ

Vitabis æstus: (g) & fide Teiâ

Dices laborantes in uno

(h) Penolopen, (i) vietreamque Circens,

Hic innocentis pocu'a Lesbi;

Duces sub umbra: nec (k) Semelcijus

Cum Marte confundet Thyoneus.

Prælia:

ODE

(b) Hirci male olentis, qui à Virgilio etiam dicitur vir
gregis. (c) Quia Marti sunt dicati. (d) Pro hædulis
sic equuleus pro equulo. (e) Idem ac quocties. (f) U-
stica est mons decūvis. (g) Fides Teia dicitur Cythara
Anacreontis Poeta Lyrici oriundi Tejo. (h) Penelo-
pe Uxor castissima Ulyssis. (i) Circes perfidiamn etat,
cujus fides in maritum fuit vitro similis, hunc enim
veneno interfecit. (k) Bacchi cognomina à dupli-
ci matris nomine, haec Semele & Thione vecata
est.



ODE XVIII AD QUINTILIJM VARUM.

Avg. Varum nimiis curis se confidentem hortatur
ut moderate vino se exhibaret.

NULLAM, Vare; sacrâ vite prius severis arborem
Circa mite solum Tiburis, & mœnia [a] Catyli,
[b] Sicci omnia nam dura Deus propulsuit: neque
Mordaces aliter diffugunt sollicitudines.

Quis post vina gravem militiam, aut pauperiem [c]
crepat?

[d] Quis non te potius, Bacche pater, & que decens
Venus?

At, ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centauræ moneret cum Lapithis rixa super mero
Debellata: moneret [e] Bithonis non levis [f] Evius:
Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt avidi, non ego te, candide [g] Bassareū
Invitum quatiam: nec vatiis obsita frondibus
Sub dium rapiam, sexa tene cum [h] Berecynthio
Coronam tympana: quæ subsequitur cæcus amor sui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem.
At canique fides prodiga, perlucidior vitro.

ODE

(a) Catylifrater Tiburnus condidit Tibur. (b) Ab-
stemiis infelicia omnia superi destinant. (c) Nec alias
ratione quam vini hausti discedunt curæ agris animis.
(d) id est, conqueritur. (e) In nuptiis Pirithoi cum
Hippodamia cum vino incaluisserent Centauræ rixas
moverunt cum Lapithis, inter pocula, sed fuerunt ha-
multis centaurorum fatales (f) Thraciae populi. (g)
Cognomina Bacchi. (h) Bacchi cornu id est dicitur
Berecynthium, quod æquè faceret furiosos ejusdem so-
nitus ac cornua in sacrificiis Cybeles in Berecynthe
monte Phrygia adhiberi solita.

ODE XX. AD MECÆNATEM.

Arg. Mecænatis, qui apud Horatium cœnare se velle
monuerat, denuntiat ipse pro consuetafamilaritate
suam tenuitatem.

Ville portabis modicis (a) Sabinum
Canharris: Græcâ (b) quod ego ipse testâ
Conditum (c) levi, datûs in theatro
(d) Cum tibi plausus.

Care Mecænas: eques: ut (e) paterni

Fluminis iipx, simul & jocosa

Redderet laudes, tibi Vaticani

(f) Montis imago.

(g) Cæcubum, & prælo domitam Caleno

Tubibes uvam, mea nec Falernæ

Temperant vites, neque Formiani

Pocula colles.

(a) Sabinum notæ tenuioris vinum. (b) In Græ-
cia conficiebantur vasæ fililia. (c) Quæ pice ob-
linebantur, ne aër illaberetur, aut subtiliores vini spi-
ritus evagarentur. (d) Viris Principibus, populus
applausebat manibus & voce, cum in theatrum ingre-
derentur, ut omnia latè resonarent. (e) Tiberis ex
Patria Hetruria Mecænatis ortum dicit. (f) Echo. (g)
Vinum generosum, quod apud Cæcubos Campania po-
pulos, item apud Calenas ejusdem Campaniae oppi-
dum, item in monte Falerno & Feniiano crescebat.

ODE XXI IN DIANAM ET APOLLINEM.

Arg. Invitat Romanam Juventutem, ut cantandis
Apollinis & Diane laudebus obtineant Populo &
Cesaris pacem & rerum omnium copiam.

Dianam teneræ dicite virgines:

Intonsum pueri dicite (a) Cynthium,

B

Latò.

(a) Nomen Apollinis.

Latona nque supremo

Dilectam penitus Jovi.

Vos lata m flaviis, & nemorum comam

Quæcunque aut gelido prominet (b) algido,

Nigris aut Erymanthi

Silvis, aut viridis Cragi.

Vos (c) Tempe totidem tollite laudibus,

Natalémque mares (d) Delon Apollinis,

Insignemque pharetra,

Frate nque humerum lyrâ, (e)

Hic bellum lachymosum, hic miseram famem;

Pestemque à populo, & principe Cæsare, in

(f) Persas, atque Britannos

Vestra motus aget prece.

(b) *Algidos, Erymanthus & Cragus sunt montes Italæ, Arcadia & Lycia (c) Tempes sunt loca amoenissima Thessalæ, in qua post imperfectum Pythonem se recepit Apollo ut illâ cœde expiatâ lauro se corona-ret. (d) In Insula Delonatus est Apollo. (e) Lyram fingitur accepisse à Mercurio fratre. (f) In Persas & Britannos, Populi Rom. hostes omnem malum petunt converti.*

ODE XXXII. AD ARISTIUM FUSCUM.

A g. Morum integritas & vitæ innocentia facit
hominem ubique securum.

I Negat vitæ seje, isque purus

Non eger Mauris jaculis, (a) nec arcu,

Nec venenatis grava sagittis,

Fusce, pharetrâ,

(a) *Mauri populus erant jaculando peritissimi.* Sive

LIBER I.

27

Sive per (b) Syrtes iter astuosas,
 Sive facturus per inhospitalem
 (c) Caucatum, vel quæ loca fabulosas
 Lambit (d) Hydaspes.

Namque me silva lupus in Sabina,
 Dum cano hætas Charites, & ultra
 Terminum curis vagor expeditus,
 Fugit inermem.

Quale portentum neque militaris
 (e) Daunia in latis alit esculetis.
 Nec (f) Jubæ tellus generat, leonum
 Atida nutrix.

Pone me, pigris ubi nulla campis
 Arbor æstivâ recreatur aurâ:
 Quod latus mundi nebulæ, (g) malusque
 Jupiter urget:
 Pone sub curru nimium propinqui
 Solis, in terra domibus negata,
 (g) Dulcè ridentes Charites amabo,
 Dulcè loquentes.

(b) Syrtes sunt vada brevia in mari lybico. Item fo-
 litudines ardentibus arenis astuentes, itinerantibus
 maximè periculis. (c) Mons altissimus Scythiae. (d)
 Fluvius Indiae. (e) Regio Apulie. (f) Mauritania
 Regio Africae, ubi multi Leones. (g) Gravis & insalu-
 bris aer. (h) Sub Zona terrida, quam veteres falso opi-
 nabuntur esse inhabitabilem.

ODE XXIV. AD VIRGILIU M.

Arg. In gratiam Virgilii deplorat mortem Quintili
 tui ejus cognati, & communis amici.

Quis desiderio sit pudor, aut modus
 Tam cari capit is? præcipi lugubres

B 2

Cantus,

Cantus, (a) Melpomene : cui liquidam (b) patet
Vocem cum cithara dedit.

Ergo Quinctilium perpetuus sopor.

Unguis? cui pudor & justitia? soror

Incorrumpa fides, nudaque veritas,

Quando ullum invenient parem?

Multis ille quidem flebilis occidit;

Nulli flebilius quam tibi, Virgili,

Tu frustra pius, heu, non ita creditum

Poscis Quinctilium deos

(c) Quod si Threicio blandius Orpheo

Auditam moderare arboribus fidem?

(d) Num vanæ redeat sanguis imaginis.

Quam virga semel horrida

Non lenis precibus fata recludere,

Nigro compuerit Mercurius gregi?

Durum, sed levius sit patientia

Quicquid corrigeret nefas.

(a) Una Musarum, Trajici carminis Praeses. (b)

Jupiter. (c) Orpheus ex Thracia oriundus fingitur

ad se pertraxisse saxa & arbores. (d) Fingitur

Mercurius Caduceo suo compellere animas in Orcum, ita, ut simul omnem iis exitum prohibeat.

ODE XXVI. AD MUSAS DE LAMIA.

A g. Ælium Laniam virum Romæ nobilissimum de statu Reip. sibi amicè questum monet exemplo suo, ne se tot rebus angat.

Musis amicus, militiam & metus
Tradam protervis in mare Creticum

Portare ventis: quis sub arcto

(a) Rex gelidae metuatur oræ.

(a) Rex Schytæ Septentrionalis.

Quid

Quid! (b) Tyridatem terreat unice
Securus. O quæ fontibus integris
Gaudes, apricos nocte flores,
Necte meo Lamix coronam
(c) Pimplea dulcis, nil sine te mei
Præsunt honores, hunc fidibus novis,
Hunc Lesbio sacrate plectro,
Téque, tuásque decet sorores.

[b] Tyridates invaserat Regnum Parthorum, pul-
so Phraate, qui accepit maximis Scytharum auxiliis
iniquum possessorem male occupato regno expulit [c]
Musæ dictæ Pimplea & Pimpleides à Pimpla Ma-
sedoniae monte fonte ibidem Musis sacro,

ODE XXVII. AD SODALES CONVIVAS.

Arg. Eos hortatur, ne canæ & vini hilaritatem in-
tempesivis rixis & pugnis interturbatum eant.

Natis in usum lætitiae scyphis
Pugnare, Thracum est, tollite barbam
Morem, verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibite rixis.
Vino & lucernas Medus. (a) acinaces
Immane quantum discrepat? impium
Lenite clamorem sodales,
(b) Et cubito remanete presso.

[a] Gladius Persicus. [b] Romani in lectis ad
mensam discubentes alteri cubito solebant iniit.

ODE XXVIII.

De morte Architæ Tarentini Mathematici.

TE (a) matis & terræ, numeroque carentis arenæ
Mensorem cohibent, Archita,

B 3

Pul-

(a) Mathematici mensurant terram & mariam.

C A R M I N U M.

Pulveris exigui prope litus parva (b) Matinum
 Munera : nec quicquam tibi prodest
 Aëris tentasse domos, ab iis òque rotundum
 Percurrisse polum morituro.
 Occidit & (c) Pelopis genitor, conviva deorum
 (d) Tiphonisque temo; us in auras :
 Et Jovis arcans Minos admissus; habentque
 (e) Taurata Panthoiden, iterum Orco
 Demissum: quamvis clypeo Trojana refixo
 Tempora testatus, nihil ultra
 Nervos atque cutem morti concesserat atrax,
 Judice te, non solidus auctor
 Naturæ, verique. [f] Sed omnes una manet nox;
 Et calcanda semel via lethi.
 Dant alios [g] Furæ torvo spectacula Martis:
 Exitio est avidis mate nautis.
 Mista senum , ac juvenum densentur funera ; nullum
 Sæva caput [h] Proserpina fugit.

Me

(b) A Marino Calabria monte. (c) Tantalus Rex Phrygiae, qui Deos hospitio exceptisse fingitur. (d) Tiphonus Laomedontis filius ob pulchritudinem adamatus Aurora. dunitissime virxit. Minos Rex Cretæ Jovis consiliarius. (e) Pythagoras ex doctrina sua de animalium transmigratione in varia corpora affirmabat , se fuisse Euphorbum Panthoi filium , qui ad Trojans 700. annis ante fuerat occisus. (f) Omnibus est morientum; alii moriuntur in bello, alii in mari. (g) Furæ singuntur belli praesides, quod in eo plus turor , quam ratio dominetur. (h) Plutonis Uxor , Meritis & vita arbitra.

LIBER I.

32

Me quoque devexi: [i] rapidus comes Oriens
 Illyricis Notus obruit undis.
 Attu nauta vagæ ne parce malignus atenæ
 Ostibus, & capiti in humato
 Particulam dare, sic, quodcumque minabitur Eurus
 Fluctibus Hesperis, Venusinæ
 Plectantur silvæ, te sospite: multaque merces.
 Unde potest, tibi defluat æquo
 Ab Jove, Neptunoque sacrificioste Tarenti.
 Negligit simmeritis nocturam
 Post modo te natis fraude: n committere: fors &
 Debita jura, vicésque superbæ
 Te maneat ipsum, precibus non linquat inultis:
 Téque piacula nulla resolvent.
 Quamquam festinans, non est mora longa: licebit
 Injicio ter pulvere curras.
 (i) Violentia Austriane etiam fecit pati naufragium
 apud Illyricum.

ODE XXIX. AD ICCIUM.

Arg. Miratur quod à Philosophia studio ad militia-
 am transeat, in Parthos expeditionem facturus.
 CCI, beatis nunc Arabum invides
 Gazis, & aciem militiam paras
 [ii] Non ante devictis Sabææ
 Regibus, horribilique Medo
 Nectis catenas, quæ tibi virginum
 Sponso necato barbara servet?
 Puer quis ex aula capillis
 Ad cyathum statuetur unctis,
 B 4
 (a) Medis & Parthis, qui nunquam hactenus de-
 victi sunt.

Do-

Doctus (b) sagittas tendere Sericas
 Arcu paterno? quis neget arduis
 Pronos relabi posse rivos
 Montibus, & Tiberim reverti
 Cum tu Coëmptos undique nobiles
 Libros (c) Panæti, Socraticam (d) & domum
 Mutare loricis (e) Iberis,
 Pollicitus meliora tendis?

(a) Medis & parthis, qui nunquam battetus de-
 vitti sunt. (b) Sagittas, quibus utuntur seres Orientis
 populi. (c) Panætius fuit excellens Philosophus quem
 jaope laudat Cicero. (d) Familiam & sectam Socratis.
 (e) Loricae Hispanicæ obferri insigne temperatur
 & excellebant.

ODE XXXI. AD APOLLINEM.

Arg In Dedicatsone templi ab Augusto en honorens
 Apollinis exstructi petit tranquillam & bilarena
 vitam.

Quid dedicatum poscit Apollinem
 Vates? quid orat, de pate a novum
 (a) Fundens liquorem? non opimas
 (b) Sardinie segetes feraciss:
 Non æstuosa grata Calabriae
 Armenta: non aurum, aut ebur Indicum;
 Non rura, quæ Lyris quietâ
 No:det aquâ, tacita: nus amnis.
 Preman: Calenâ falce, quibus dedit
 Fortuna, viitem: dives & aureis

Mer-

(a) In sacrificiis effundebatur vinum vel in aram
 vel in mensam, (b) Sardinia est insula ferax frugum.

L I B E R . I.

23

Mercator exsiccat (*b*) culullis
 Vina (*c*) Sy: à reparata merce,
 Dicitur carus ipsis: quippe ter, & quater
 Anuo revisens & quor (*d*) Atlanticum
 Impune. Me paucunt olive:
 Mé cichorea, levésque maluz.
 (*e*) Frui patatis, & valido mihi
 Latoë dones; at, precor, integra
 Cum mente, nec turpem senectam
 Degere, nec cithara carentem.

(*b*) Culullus est capax & vastum poculum. (*c*) Via
 na quæ empta sunt mercibus ex Syria adsettis. (*d*)
 Mare Occidentale sic dictum ab Atlante Maurita-
 niae. (*e*) Cognomen Apollinis à Latona ejusdem
 matre.

ODE XXXII. AD LYRAM SUAM.

Quam Commendat.

Poscimus, si quid vacui sub umbra
 Lusimus tecum, quod & huic in annum
 Vivat, & plures: age, dic Latinum
 (*a*) Babite carmen,
 (*b*) Lesbo primum modulate civi:
 Qui ferox bello, tamen interarma
 Sive jactatam religat atudo
 Litore navium.

¶

(*c*) O decus Phœbi, & dapibus supremi
 Grata testudo Jovis, & laborum

Dulce

(*a*) Barbiton seu Lyra, quam alloquitur. (*b*) Al-
 caeus Poeta Lyricus ex Insula Lesbo oriundus. (*c*)
 Laus Lyrae,

Dulce lenimen, mihi (*a*) cunque salve
Rite vocant. (*b*) *Ubique & semper.*

ODE XXXIV.

*Arg. Detestatur sectam Epicuri, & fatetur Deos
esse omni cultu venerandos.*

*P*Arcus Deorum cultor, & infrequens,
[*a*] Insanientis dum sapientiae

Consultus ero, nunc retrosum

Vela date atque ite atque cuius

Cogor reliquos, namque [*b*] Diespiter
Igni corrusco nubila d.vident,

Plerumque per purum totantes

Egit equos, volucemque currunt

[*c*] Quo bruta tellus, & vaga flumina,
Quo Styx, & invisi horrida Tanari

Sedes, Atlanteisque finis

Concuditur, valet imma funimis

Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens, hinc apicem rapax

Fortuna cum stridore acuto

Sustulit, hic posuisse gaudet.

(*a*) *Stulta & erronea doctrina Epicuri.* (*b*) *Jupit.
er de celo mittit fulmina : quae Epicurus tribuebat
collisione nubium.* (*c*) *A. I. strepitum fulminis summa
& imma concordiuntur.*

ODE XXXV. AD FORTUNAM.

*Ag. Rogatus servet Cesarem cum exercitu adver-
sus Britanos collecto.*

*O*liva, grata quæ regi. [*a*] Antium,

[*b*] Praesens velimo tollere de gradu

Mortale corpus, vel superbos

Vettere funeribus triumphos. [*c*] Te

(*a*) *Antii Urbe Italæ erat insigni templum for-
tunæ.* (*b*) *Facile potes omnian inverttere.*

L I B E R L.

[c] Te pauper ambit sollicitâ prece
 Rutis colonus: te dominam æquoris,
 Quicumque [d] Bithynâ lacescit
 Carpathium pelagus carinâ.
 Te Dacu: asper, te profugi Scythæ,
 Urbésque gentesque & Latium ferox,
 Regumque matres barbarorum, &c
 Purpurei metuunt tyranni:
 [e] Injurious ne pede proruas
 Stanem columbam: neu populus frequens
 Ad arma cessantes, ad arma
 Conciter, imperiumque frangat.
 Te semper antēt sœva necessitas,
 Clavos trabales, & cuneos manu
 Gestans athenâ: nec severus
 Uncus abest, liquidumque plumbum;
 Te spes, & albo rata fides colit
 Velata panno: nec comitem abnegat:
 Urcumque mutatæ potentes
 Veste domos inimica linquis.
 At vulgus insidium, & meretrix seto
 Perjura cedit, d'ffugiuut eadis
 Cum face siccatis amici,
 Ferri jugum patiter dolosi.
 Serves iturum Cælarem [f] in ultimos
 Orbis Britannos, & juvenum recessas

B 6

Exa-

(c) Omnes se venerantur & metuunt. (d) Bithynâ navis pro quacumque ponitur, sicut & Carpathium mare pro quolibet mari. (e) Respicunt hæc vita periculum, quod Augustus adiit in Dalmatiæ; ubi fuis vulneratus. (f) Censebantur ultimi, quod aliae Insulae ulteriores Romanis essent ignotæ.

Examen (g) Eoīs timendum
Partibus, Oceanōque rubro.
Eheus cicatricum, & sceleris pudet,
Fractūque, quid nos dura tefugimus
Ætas? quid intactum nefasti

Liquimus? unde manus juvenes
Me: u Dcorum continuus? quibus
Pepercit aris? ô urinam nova

Incude diffingas reclusum in

(h) Massagetas, Arabasque ferrum.

(g) Parthos, intelligit, qui erant populi Orientis,
hos variis cladibus attriverant Romani. (h) Scythiae
populi imprimis fereces.

ODE XXXVI.

Arg. Gratulatur fili & Ælio Lamia felicem redi-
tum Numidae ex Hispania Romanam reversi.

(a) ET thure, & fidibus juvat
Placare, & vituli sanguine debito

Custodes Numidae deos:

Qui nunc Hesperia (b) sospes ab ultima
Caris multa sodalibus

Nulli plura tamē dividit oscula

Quam dulci Lamiae memor

Aetate non alio (c) regē pueritiae.

(d) Mutata que simili togae.

(e) Cresce ne careat pulchra dies nota;

Neu promptæ modus amphoræ,

Nen

(a) Gratiae agenda Divis. (b) Ab extrema Hispania.
(c) Puerice personopen pro pueritiae (d) Magister olim dicebatur Rex pueritiae, quod regat pueritiae.
am (e) Pueri post annum etatis 16 tum deposita pra-
rexitā induerant togam virilem, & Pedagogi imperio
absolvebantur.

LIBER I.

37

Neu morem (f) in Saliūm sic requies pedum :
 Neu multi Damalis meri

Bassum Tēcīcia vincat (g) amyſtide :
 Neu desint epulis rosae,

Neu vivax apium, neu breve (h) illium.

(f) Cressa nota seu Cretensis lapillus natura candidus, cui à regione ipsa adhuc sit nomen Creta. (g) Ut solent Salii, Sacerdotes Martis, qui certis anni temporibus tripudia exercebant mirā velocitate. (h) Amyſtis grande poculum, quod uno haſtu erat exhauiendum; erat familiare Thracibus. (i) Quia brevi deflorecit.

ODE XXXVII. AD SODALES.

Arg Quos invitat ad laeta convivia & tripudia ob
 victoriam Actiacam de Antonio & Cleopatra ab
 Augusto reportatam.

Nunc eit bibendum, nunc pede libero
 Pulsanda tellus: nunc (a) saliaribus
 Ornate pulvinar deorum

Tempuserat dapibus, sodales.

Ante hac netas depromere Cæcubum
 Celiis avitis: dum Capito'io

(b) Reg'na dementes ruinas,

Funus & Imperio parabat.

Contaminato cum gregē turp'um

Morbo virorum: qui d'iber impotens

Sperare, fortunāq; dulci

Ebria, sed minuit furorem

B 7

(i) Viz

(a) Salieres dapes erant lauta & opiparae. b
 Cleopatra jactabat eversa Urbe Romanā Imperiū
 dem se velle transferre in Aegyptum.

(c) Vix una lospes navis ab ignibus:
 (d) Mentemque lymphatam (e) Marcotico
 Redegit in veros timores
 Cæsar, ab Italia volantem
 Remis adurgens: accipiter velut
 Molles columbas, aut leporum citus
 Venator in campis nivalis
 (f) Æmonia: daret ut catenis
 Fatale monstrum: qua generosius.
 Perire querens, nec muliebriter
 Expavit ensim, nec latentes
 Classe citâ reparavit oras,
 (f) Ausa & jacentem visere regiam
 Vultu sereno sortis, (g) & alperas
 Tractare serpentes: ut atrium
 Corpore combiberet venenum,
 Deliberata morte ferocior:
 (h) Sævis Liburnis scilicet (i) invidens,
 Privata deduci superbo
 Non humilis mulier triumpho.

ODE

- (c) Omnes naves in pugna Actiaca fere sunt
 exustæ.
 (d) Seu furore perturbatum.
 (e) Vino Ægyptio: Meroëtis enim est palus Æ-
 gypti.
 (f) Theffala ob mentes præaltos rōto anno tegitur
 nivibus. Ab Æmone Rege dicta est Æmonia
 (g) Cleopatra admotis peccatori suo viperis sibi ipsi
 mortem intulit. (h) Clariariz milites è Libur-
 nia, qui ex gentis indole erant efferati. (i) id est
 nolens deduci in triumphum.

ODE XXXVIII. AD PUERUM
SUUM.

A'g. *Fuam monet, ne nimium mensa ornatum
curet.*

(a) *P*erfidos odi, puer apparatus:
Displacent nexæ. (b) *philyra coronæ.*
Mitte sectari, rosa quo locorum
Sera morerut.
Simplici myro nihil allabores
Sedulus curo: neque te ministrum
Dedecet (c) myrtus, neque me sub arcta
Vite bibentem.

(a) *Sumptuosa Persarum delicias, odores, unguen-*
ia & coronas artificiose compostas.
(b) *Tenuissima tilia membrana, quæ flores inter se*
connexebantur.
(c) *Convivis adhiberi solet ob gratum, quem*
spirat odorem.



Q. HORA:

• 40 •

• 55 • • 55 • • 55 • • 55 • • 55 • • 55 •

Q. HORATII FLACCI

Carminum, seu Odarum.
LIBER SECUNDUS.

ODE I. AD ASINUM POLLIONEM.

Arg. Hortatur Pollionem, ut à scriptione & publi-
catione Carminum & historia, quam coeperauit de bello
Civilis, tanti sper desistat.

MOrum ex (a) Metello Consule civicum,
Bellique causas, & vitia, & modos,
Ludumque fortunæ (b) gravésque
Principum amicitias, & arma
(c) Nondum expiatis uncta cruxibus
Periculose plenum opus aleæ
Tractas; & (d) incedis per ignes,
Suppositos cineri doloso;
Paulum severæ Musa tragœdiæ
Desit; (e) theatris: mox, ubi publicas

(a) Sub consulatu Metelli Cæsare, Crasso & Pom-
peio inter se collisis factum est initium bellum Civilis.
(b) Fuerunt h̄i tres Urbis Rom. viri præcipui & an-
tecedenter optimi amici. (c) Bella civilia que non-
dum sunt extinta (d) Allegoria. (e) Tragœdiæ can-
tabantur in theatris.

(f) Res ordināris, grande musus
(g) Cecropio reperit cothurno,

(h) Insigne mōstis præsidium reis,
Et consulenti Pollio curiae:

Cui laurus æternos honores

(i) Dalmatico peperit triumpho,
Jam nunc minaci murinure cornuum

Perstringis aures; jam litui strepunt:

Jam fulgor armorum fugaces

Terret equos, equitūque vultus.

Audire magnos jam videor duces

Non indecoro pulvere sordidos:

Ec cuncta terrarum subacta

Præter (k) atrocem animum Catonis,
(l) Juno, & deorum qui quis amicior

Afris, insulta celerat impotens

Tellure victorum nepotes

Rettulit inferias Juguithæ.

Quis

(f) Pollio Cæsari erat à Consiliis & rerum plurium
administer. (g) Tragœdia inventa fuit Thespis apud
Athenas, ubi regnavit Cecrops. Hæc verè exhibebatur
à Cothurnatis actoribus. (h) In foro per Eloquentiam,
& apud Cæsarem gratia valens multos ei reconciliabat.
(i) Pollio devictis Dalmatis Romæ triumphavit.
(k) Cato, ne deveniret in potestatem Cæsaris
sibi necem intulit. (l) Hæc pertinent ad
eum, quem superius vocavis ludum fortunæ;
Annon enim est ludus fortunæ, quod orbis qui à
Julio Cæsare Romanis fuerat subactus, etiam Rom.
victorum cadibus impleretur, quod multis deploras
Poëta.

C A R M I N U M

Quis non Latino sanguine pinguior
Campus, sepulchris impia prælia
 Testatur? auditumque Medis (m)

Hesperiae sonitum ruinæ?

Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
 Ignara bellæ? quod natae Daunia (n)
 Non decoloravere cædes?

Quæ caret ora cruento nostro?
 Sed ne, relatis Musa proeas jocis,
 (o) Cæs retræctæ munera næniae:

Mecum Dionæo sub antro (p)

Quære (q) modos leviorie plectro.

(m) *Ad mundi fines innotuerunt Cædes Rom.*

(n) *Daunia seu Apulia est pars Italæ.* (o) *Ne-*

nna est genus mœsti carminis, inventum à Simonide in

Cæa Insula maris Ægæi. (p) *Venus à matre Dio-*

nne Dionæa. (q) *Carmen seu versus jucundos.*

ODE II. AD CRISPUM SALLUSTIUM.

Arg. *Qui divitiis bene utuntur, soli laudabiles, Re-*
ges & beati.

Nihilus argento co'or est avaris

Abdi' o terris, inim' celamnæ,

Crispe Sallusti, nisi temperato

Splendeat usu.

Vivet extento, (a) Proculeius ævo,

Notus in fratres animi paterni:

Illum æget pennâ metuente solvi

Fama superstes.

Latinus

(a) *Proculeius semper laudabitur, qui inter fra-*
tres suos à Cesare bonis omnibus exutus, bona sua pa-
sernè divisit.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quām si [b] Lybiam remotis
Gadibus jungas, & ut ē que Pœnus

Serviat uni:

Crescit indulgens sibi dirus [c] hydrope:
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & [d] aquosus albo
Corpore languor.

[e] Redditum Cyri [f] solio Phraatem
Diffidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus, popu' tamque falsis
Dedocet uti,
Vocibus, regnum, & diadema tutum
Deserens uni, propriamque laurum,
Quisquis ingentes oculo [g] irreforto
Spestat acervo.

[b] Toti mundo imperes. [c] Ponitur pro ipso
ægro seu avaro. [d] Aqua intercus facit languore
& Pallescere. [e] Phraates etiam si ferrestitutus in
regnum suum, non est tamen beatus. [f] Cyri solium
dicitur regnum Persie, quia illud primus fundave-
rat. Persiam hoc tempore occupabani Parthi. [g] Quis
potest aurum intueri, nec tamen illius fulgere perstrin-
gitur.

ODE III. AD DELIUM.

Arg. Hortatur ut jucundè vivat, sive enim mœstus,
sive jucundus fuerit, certò tamen morietur.

Æ Quam me mento rebus in arduis
Se: vate meatem: non secus in bonis
Ab insolenti temperata m
Lætitia; moriture Deli,
Seu mœstus omni tempore vixeris,
Seu te in remoto gramine per dies

Fe-

C A R M I N U M

Festos reclinatum beatis

(a) Inferiore notâ Falerni,
Quâ pinus ingens, albâque populus,
Umbram hospitalem consociate amant
Ramis: & obliquo laborat

Lympha fugax trepidare rivo.
Huc vina, & unguenta, & nimium breves
Flores amœnæ ferre juberosæ:

Dum res & ætas (b) & sororum
Fila trium patiuntur atra.

Cedes coëmptis saltibus, & domo,
Villâque, (c) flavus quam Tiberis lavit:
Cedes, extructis in altum

Divitiis potierit hæres.
Divésne prisco natus ab (d) Inacho,
Nil interest, an pauper, & infima

De gente sub dio moreris,
Victima nil miserantis Orci.

Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur (e) urna: serius, ocyus

Sors exitura, & nos in æternum

Exilium impositura (f) cymbæ.

ODE

(a) Meliore vino, quod solet reponere in loco magis abscondito. (b) Parcae erant tres sorores, quae erant arbitriæ vitæ & mortis. (c) Ob arenas flavi coloris. Olim lava lavis vavero pro lava lavas lava-re. (d) Primus Rex Argivorum. (e) Sortes mittebantur in Urnam, quæ tanquam symbola designant omnes & singulos homines. (f) Qua Charon devehit animas ad Inferos.

ODE VI. AD SEPTIMIUM.

Arg. Eum invitat ad villam Tiburtinam & Taren-
tinam.

Septimi Gades aditure mecum, &
 (a) Cantabrum indoctum juga ferre nostra, &
 Barbaras Syrtes, ubi Maura semper
 (b) Aestuat unda.

(c) Tibur Argio positum colono
 Sit meæ sedes utinam fene&tæ :
 Sit modus (d) lasso maris, & viariu&n,
 Militi&que.

Unde si Paræ proh' bent iniquæ,
 Dulce pellitis ovibus (e) Galeſi
 Flumen, & regnata petam Laconi
 (f) Rura Phalanthro.

Ille terra:um mihi præter omnes
 Angulus ride: ubi non (g) Hymethro
 Mella deceidunt, viridique certat
 Bacca (h) Venafro.

Ver ubi longum, tepidâque præbet
 Jupiter b. umas: & amicus Aulon

Fer.

(a) Cantabri saepe vici, nunquam planè subacto
 (b) Ad Syrtes quæ erant prope Lybijam, ubi eis continu-
 am maris agitationem aqua semper spumat. (c) Tibur-
 nus græcus exstruxit Urbem Tiburtinam. (d) Ponat
 modum & suum meis laboribus. (e) Galeſus fluvius,
 ubi amena pascua ovium. (f) Rus Tarentinum; ubi
 regnavit Phalanthus. (g) Hymethus mons Atticæ
 abundans optimo melle. (h) Venafrum Urbs Campa-
 niae, cuius olea celebres ubi omnia ad delicias.

ODE
 ma-
 que
 co-
 u-
 rtes
 fest-
 ron

46 CARMINUM

Fertili Baccho minimum Falernis

Invidet uvis.

Ille te mecum locus, & beatæ [i]

Postulant arces: ibi tu calentem

Debita spanges lachrymâ favillam

Vatis amici.

[i] Beatae arces Horatio sunt Aulen, & alii colles
vitiferi, non autem arces Munitæ Cantabria Medullus & Vinnius, ad quas eum invitabat Septimus.

ODE VII. AD POMPEIUM VARUM.

Arg. Gratulatur felicem redditum & ad Epulas
invitat.

O Sæpe mecum tempus in [a] ultimum

[b] Deducte, Bruto militiæ duce,

Quis te redonavit Quirinem

Dominis patriis, italique cælo.

Pompœ meorum prime sodalium?

Cum quo morantem sæpe diem mero

[c] Eregi coronatus nitentes

[d] Ma'obathio Syrio capillos,

Tecum Philippos, & celestem fugam

Sensi relictâ non bene parvula:

[e] Cum fracta virtus, & minaces

Turpe solum tergere mento,

Sed me per hostes Mercurius celer

Denso pavorem luctulæcere;

Te
[a] In præsentissima vitæ pericula. [b] Cum
militarem sub Bruto. [c] Tempus transfigi in-
ter pocula. [d] Unguentum pretiosum. [e]
Quando viri fertes occubuerunt. [f] Cito & fe-
liciter aufugi.

L I B E R . II.

Te rursus in bellum [g] resorbens

Unda freis tulit ætiosis.

Ergo obligatam redde Jovi dapem:

Longaque fessum militiam latus

Depone [h] sub lauru mea: nec

Parce cadis tibi destinatis.

Oblivioso lavia (i) Mastico

Ciboria (k) exple: funde capacibus

Unguenta de (l) conchis, quis udo

Deproperare apio coronas,

Curatve myrto? quesi? Venus arbitrum

Dicet bibendi? non ego sauius

Bacchabor (m) Edonis: recepto

Dulce mihi furere est amico.

(g) Tu iterum ad bellum es abreptus metaphora
desumpta à navibus, quas vis tempestatis denuo pro-
pellit, in mare. (h) Apud me, Laurus enim est ar-
bor Peitarum. (i) Mafficum vinum genero-
sum. (k) Genus poculi. (l) Testa unguenta.
ria, quæ veterant veræ conchæ, vel in modum concha-
rum. (m) Thraces ab Edone Thraciae monte.

ODE IX. AD VALGIUM.

Arg. Ut aliquando definat flere puerum mor-
tuum.

NON semper imbræ nubibus hispidos

Mänant in agros; aut mare Caspium

Vexant inæquales procellæ

Usque: nec (a) Armeniis in oris

Amice Valgi, ita glacies incers

Menses pe. omnes: aut Aquilonibus

Quer-

(a) In Armenia montes præalti, qui diu nivibus
manent testi.

C A R M I N U M.

Querceta (b) Gargani laborant,
Et foliis viduantur (c) orni.

Tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum: nec tibi (d) vespere.

Surgente, decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem,

At non (e) ter ayo funetus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex

Anno: nec impubem parentes
(f) Troilon, aut Phrygiaz sorores

Flevere semper desine mollium

Tandem querelatum: & potius nova
Cantemus Augusti trophya

Cæsar, & (g) rigidum Niphaten,

Medumque flumen gentibus additum

Victis, minores volvere vortices:

Intuaque præscriptum (h) Gelonos
Exquis equitare campis.

O D E

(b) Garganus mons in Apulia. (c) Ornis species
arboris, ponitur pro genere (d) Vesperus stella
Veneris, cum solem præcedit dicitur Lucifer, cum
sequitur, est vespere. (e) Nestor, qui 300. an-
nis vixit, non semper deflevit filium suum Antilo-
chum. (f) Troilus Priamis & Hecuba filius sor-
ores habuit Polyxenam, Cassandra, & Creusam Æ-
neæ conjugem. (g) Niphates est fluvius Armeniae,
Euphrates autem Persiae, qui ponuntur pro Par-
this has regiones occupantibus ab Aufusto ac vittis.
(h) Geloni sunt populi Scythia felici Rom. armo-
rum progressu territi.

ODE X. AD LICINUM.

Arg. Monet medicocritatem in omni vita esse optimam, & rutilissimam.

Rectius vives, Licini, neque alium
Semper uigendo: neque dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo

(a) Litterus iniquum.

Auream qu' squis mediocritatem
Diligit, tuus caret ob' oleti
Sordibus recti, caret iuvidenda
Sobrius au'lâ.

(b) Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus: & celsæ graviore casu
Decidunt turges; feruntque summos
Fumina montes.

Sperat infestis, me' sit secundis
Alteram sortem bene (c) præparatum
Pectus. Informes hiemes reducit
Jupiter: idem

Summover, non: si male nunc, & olim
Sic erit: quondam citharâ racentem
Suscitat Musam, neque semper atcum
Tendit Apollo.

Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare: sapienter idem
Contra hæs vento nimium secundo
Turgida vela.

C

ODE

(a) Litterus à scopulis vel syrisibus pericolosum. (b)
Alta multis infortuniis obnoxia. (c) Animus bene in-
stutus. (d) Inter adversa opertet se esse fortem, in
fortuna secunda prudenter moderatum.

C A R M I N U M

ODE XI. AD HIRPINUM.

Arg. Omissis curis hilariter vivendum.

Quid bellicosus Cantaber , & Scythes ,
 Hirpine Quinti, cogitet , (a) Adriâ
 Divisus objecto, remittas
 Quærere: nec trepides in usum
 Poscentis xvi panica , fugit retro
 Lævis juventus, & decos , (b) aridâ
 Pellente lascivos amores
 Canitie, facilèmque somnum:
 Non semper idem (c) floribus est honos
 Vernis: neque uno Luna rubens nitet
 Vultu, quid æternis minorem
 Consiliis animum fatigas?
 Cur non sub alta vel platano, vel hac
 Pinu jacentes , sic temere , & rosa
 Canos odorati capillos
 Dum licet , (d) Assyriaque nardo,
 Potamus uncti? dissipat (e) Evius
 Curas edaces, quis puer ocyus
 Restinguet (f) ardoris Falerni
 Pocula prætereunte lympha?

ODE

- (a) Hostes interjecto mari à nobis remoti.
- (b) Senes non possunt multum dormire.
- (c) Nihil in mundo est stabiles ut patet in floribus,
 & Luna.
- (d) Unguenti genus , quod conficiebatur ex herbis
 collectis in Syria.
- (e) Seu Bacchus pro vino, quod tollit omnes curas.
- (f) Vinum, quo est generosius, eò plus habet caloris,
 qui admixta aqua temperatur.

LIBER II.

34

ODE XII. AD MECÆNATEM.

Arg. Res Tragicas non convenire Carmini Lyrico.

Nolis longa (*a*) feræ bella Numantia,
Nec dirum (*b*) Annibalem, nec Siculum (*c*) mare
Pœno purpureum sanguine, mollibus
Aptari cithara modis,
Nec (*d*) sævæ Lapithas, & nimium mero
(*e*) Hylæum, domiñosque Herculea manu
(*f*) Telluris juvenes: unde periculum
(*g*) Fulgent: contremuit domus
Saturni veteris: tûque pedestribus
Dices historiis pælia Cæsaris
Mecænas melius, ductaque per vias
Regum colla minacium.

(*a*) Per annos 14. à Remanis fuit obsessa. (*b*) Hannibal per annos 16. continuato in Italia bello Romanos pluribus affecit cladibus. (*c*) Prepe Siciliam Carthaginenses sape præliis navalibus cæsi. (*d*) Lapithæ gens ad bella & rixas feroci. (*e*) Hylæus Centaurus Ebrisus à Theseo occisus. (*f*) Gigantes terre filii Deos aut sunt impugnare, sed ab Hercule vici. (*g*) Cœlum. (*h*) Stylo historicò & soluto, qui numerosiss incedit pedibus.

ODE XIII.

Arg. Execratur arborem, cuius inopinato casu prope oppressus fuerat Horatius in agro suo Sabino.

Tlle & (*a*) nefasto te posuit die
Quicumque primum, & factilegâ manu

C. 2.

Pro-

(*a*) Die infelici, quo propterea nefas erat Prætorem publicè prenuntiare sententiam.

C A R M I N U M

Produxit, arbos, in uerorum
 Perniciem, opprobriūmque pagi.
 Illum & parentis credide: im sui
 Fregisse cervicem, & penetralia
 Spatissile nocturno cruore
 Hospitis; ille venēna (b) Colchica,
 Et quicquid usquam concipiatur nefas,
 Tractav.t: agro qui statuit meo,
 Te triste lignum, te (c) caducum
 In domin: caput immentis.
 Quid quisque viter, nunquam homini satis
 Cautum est in horas. Navita (d) Bosporum
 Poenus perhorrescit: neque ultra
 Cecca timet aliunde fata
 Miles sagittas, & cele: em fugam
 Parthi: catenas Parthus, & Italum
 Robur: sed impresa lethi
 Vis rapuit, rapiē que gentes.
 Quām penē furvæ regna Proserpinæ,
 Et judicantem vidimus (e) Æacum.
 Sed esque de scriptas p:orūm, &
 (f) Æolis fidibus querentem

Sap.

(b) *Colchus ferax veneni & veneficarum.* (c)
Ruinosum & casui proximum. (d) *Bosporus est an-*
gustum fretum navigantibus periculosum. (e) *Quām*
cito morimur. Proserpina est Uxor Plutonis mortis
& vita arbitra. Æacus est unus ex 3. judicibus In-
forniibus.

(f) *Sappho fuit insignis Poëtria oriunda ex Insula*
Lesbo Æolicarum Urbium metropolis. Ejus conterra-
neus fuit alcæus.

Sappho puellis de populatu:
Et te sonantem plenius aucteo

A cæc, plectro, dura navis,

Dura fugæ mala, dura belli?

Utrumque facio digna silentio.

Mitantis umbra dicere: sed magis

Pugnas & exactos vi annos

Densum humeris bibit aure vulgus.

Quid mirum, ubi illis carminibus stupens

Demittit at a (g) bellua centiceps

Autes: & in orti capillis

(h) Eumenidum recreantur angues?

Quin & Prometheū, (i) & Pelopis patens

Dulci laborum decipitur sono:

Nec curat Orion leones,

Aut timides agitare lyncas.

(g) Cerberus, qui propter multiplices serpentes in
triplici capite sibilantes dicitur centiceps. (h) Seu
furiarum que serpentes habent pro crinibus (i) Seu
Tantalus, cuius uti & Promethei pena apud inferos
sunt vulgo nota.

ODE XIV. AD POSTHUMUM.

Ag. A moriendi necessitate probat bonis praesenti-
bus esse fruendum.

E Heu! fugaces, Posthume, posthume,

Labuntur anni: nec pietas moram

Rugis, & instanti senectæ

Afferret indomitæque morti.

Non si tricentis, (a) quotquot eunt dies,

C 3

Amice,

(a) Quotidie.

Amice, places [b] illa cymabilem
 Plu:ona rauis : qui ter [c] amplum
 Geryonem , [d] Tityónque tristū
 Compescit undā , scilicet omnibus,
 Qu cumque terræ munere vescimur,
 Enaviganda sive reges,
 Sive inopes erimus cō'oni.
 Frustra cruento Marte carebimus,
 Eracti que rauē flūtibus Addīz.
 Frustra per autūmnos nocentem
 Corporibus meuemus Austriū,
 Visendus atēr flumiae languido
 [e] Cocytus errans , [f] Danai genus
 Intame, damnatūsque longi
 [g] Sisyphus Æolides laboris
 Linquenda tellus , & domus , & placens
 Uxor : neque harum , quas colis, arbor: um
 Te præter (h) invitas cupressos,
 Ulla brevem dominum sequitor.

Ab-

(b) Quia nullis lacrymis p̄petetur. (c) Geryon
 fuit 3. regnorū in Hispania Rex , hinc illi triplex
 corpus in fabulis datur. (d) Tityus portentosæ
 magnitudinis gigas. (e) Fluvius infernalis (f)
 50. Danai filia ipsa nupiatarum nocte sponsos occide-
 runt, unde apud Inferos hauriendæ cribro aquæ in-
 utili & perpetuo labore fatigantur. (g) Sisyphus
 Æoli filius propter infesta Latrocinia ingens saxum
 in montis verticem cogitur propellere sine nullo, quia
 semper deorsum relabitur. (h) Cupressus arbor
 funebris Proserpinæ dicata , quia semel excisa nun-
 quam renascitur.

Absumet hæres Excuba dignior,
(i) Servata centum clavibus: & mero

Tinget pavimentum superbum,
Pontificum potiore cœnis.

(i) Vina, quæ tu tam sollicitè affervas, hæres tunc
profundet.

ODE XV.

Arg. In sui seculi Luxum invehitur.

(a) Jam pauca aratto jugera regiæ
Moles relinquunt: undique latius
Extensa visentur (b) Lucrino
Stagnalacu, (c) plantansque cælestis
Evincet ulmos, tum violaria, &
Myrtus, & omnis copia narium
Spagnum olivetis odorem,
Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramis (d) lautea servidos
Excludet iustus: non ita Romuli
Præscriptum, (e) & intonsi Catonis
Auspiciis, veterumque normâ:
Privatus illis censu erat brevis,
Commune magnum: nulla (f) decempedis

C 4

Metata-

(a) Omnes agros occupant superba ædificia, &
amplissima vivaria. (b) Lucrinus fuit amplissi-
mus lacus prope Bajas. (c) Quia non potest ma-
ritari cum vite. (d) Quæ omnia ferè tantum sunt
ad amoenitatem, non ad fertilitatem. (e) Non
ita præscriperunt Majores. (f) Decempeda est
mensura decem pedum, quæ non nisi ad magna me-
rienda adhibetur.

C A R M I N U M

Metata privatis, opacam
 Porticus excipiebat (g) Arctone
 Nec fortuitum spernere (h) cespitem
 Leges sinebant, oppida publico
 Sumptu jubentes, & deorum
 Templa novo decorare saxo.

(g) *Ad evitandas calores Tuscula Rom. communiter respiciebant septentrionem.* (h) *Exiguum agrum.*
 ODE XVI. AD POMPEIUM GROSPHUM.
 Arg. *Traquillitatem vita sola efficit animi moderatio.*

[a] **O**Cium di vos rogar in patentis
 [b] Prensus Ægxo, simul atra nubes
 Condidit Lunam, neque certa fulgente
 Sidera nauis.

[c] Ociūm bello furiosa Thrace,
 Ociūm Med: Pharetra decori,
 Grosphe, non gemmis, neque purpurā venale,
 nec auro.

Non enim gaze [d] neque consularis
 Summo ver lictor mīeros tumultus
 Menti, & curas [e] laqueata circum
 Tecta volantes.

Vivitur parvo bene, cui paternum.
 Splender in mensa tenui [f] salinum.

Nec

[g] Tranquillam vitam nauia in tempestibus.
 [h] Prensus per sincopen pro prebensus [i] Barbari
 & belligerantes [j] Consulem in publicum prodeuntem.
 At pabant undique lictores, qui populum submovebant.
 [k] Domus, quæ laquearibus operose elaborantis sunt
 exornatae. [l] Sal sufficienter significat victum te-
 amen.

L I B E R II.

57

Nec leves somnos timor, [g] aut cupido
Sordidus auffert.

Quid brevi fortis jacu' amur ævo
Multa? quid terras [b] alio calentes
Sole mutamus? patiæ quis exul
Se quoque fugit?

Scandit [i] æratas virtiosa naves
Cura: nec urmas equum relinquis,
Oce.or ce:vis, & agente [k] nimbos
Ocyot Euro.

Lætus in præsens animus, quod ultra est
Oderit curare: & amara læto
Temperet risu. Nihil est ab omni
Pate beatum.

Abstulit clarum cita [l] mors Achillem:
Longa [m] Tithonum misavit fenectus:
Et mihi forsitan, tibi quod negarit,

Pottiget hora.

Te greges centum, Siculæque circum
Mugunt vacæ, tibi collit hnnitum
Apta quadrigis equa: te bis Afro

[n] Murex tinctæ

Vestiunt lanæ, mihi parva rura, &
Spiritum Grajæ tenuem Camœnæ,

C

[o] Pareæ

[o] Idest, sordida cupiditas. [b] Quibus sol
vel est remotior ut in Zona frigida, vel propinquior ut
in Zona torrida. [i] Naves in prora erant munitæ
are. [k] Eurus nubes & pluvias abigit. [l] A-
chilles in ætate juvenili ex insidiis à Paride interfe-
sus. [m] Tithonus fuit ætate grandævus. [n] Murex genus conchylium, ex cuius sanguine color fie-
bat purpureus.

C A R M I N U M
(e) *Patet son mendax dedit, & malignum.*
Spernere vulgus.
(o) *Fata, quia imenutabilis.*

ODE XVII. AD MECÆNATEM.

Arg. *Mecænas ex morbi doloribus querulus mortens*:
sibi optabat prævitæ nimis amarae tædio; eum con-
solaris conatur Heratius.

Cur me querelis exanimas tuis?
Nec dii amicum est, nec mihi te prius,
obire, Mecænas, meatum.

Grande decus, co' uménquererum.
Ah! te meæ si partem animæ rapit

[a] *Matutior vis, quid motor altera,*
Nec carus æquæ, nec superstes.

Integer? ille dies utramque
Ducet ruinam, non ego per fidum.

Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
Ut cunque præcedes, supremum

Carpere iter comites parati.
Me nec [b] *Chimææ spiritus ignææ,*

Nec si re uiga [c] *centimanus Gigas.*
Divellit unquam. Sic potenti

Justitæ, placitumque Parcis.
Seu Libra, seu me Scorpious a' picie

[d] *Formidolosus, pars violentior.*

Na*z*

(a) *Te mortuo nolo supervivere.* (b) *Chimææ*
Mons Lycie flammivomus, singunt Poëtie esse mon-
strum trium capitum. (c) *Briareus Gigas centum*
manus habuisse singitur à Poëtis. (d) *Sunt signa*
Zodiaci, quibus veteres variam vim tribuebant.

L I B E R II.

Natalis horæ, seu (e) Tyrannus
Hesperiae Capricornus undæ:
Utrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum, te Jovis impio
Tutela Saturno resulgens
Eripuit: (f) volucrisque fati
Tardavit alas: cum populus frequens
Lætum theatris ret crepuit sonum.
Me truncus illap'as cerebro;
Sustulerat, nisi Faunus iactum
Dextrâ levasset, (g) Mercurialium
Gustos vitorum reddere victimas,
Ædēmque votivam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

(e) Capricorno ex oriente excitantur in mari Occidentalî graves tempestates. (f) Quia improvissum
(g) Poëta, quia ingeniosi, dicuntur viri Mercuriales.

O D E XIII.

Arg. Se suâ licet tenuis forte contentum vivere; dum
alii de morte nihil cogitantes, nullum ædificando
quarendi & rapiendi faciant fidem..

(a) Non ebur, neque autem
Mea renidet in domo lacunar:

Non trabes (b) Hymetrix
Premunt columnas ultimâ recisas
Africâ: neque (c) Attali
Ignotus hæres regiam occupavi:

C 6

Nec

(a) Domine ænihil pretiosi. (b) Videntur trabes illæ
fuisse ex cedro vel citro. (c) Videtur hic fugillare Rom.
Senatores, qui Attali Regis Rom. populo amicissimi
maximam hæreditatem convertebant in Luxum.

60 C A R M I N U M

Nec [d] Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuræ clientæ.

At fides, & ingeni
Benigna vena est: pauper emque dives
Me petit. Nihil supra
[e] Deos laceslo: nec [e] potentem amicum
Largiora flagito.

Satis beatus unicis [f] Sabinis.
Truditur dies die:

Novæque pergunt interire Lunæ:
Tu secunda marmora

Locas sub ipsum funus, & sepulchræ
Immemor struis domos:

[g] Marique Bajis obstrepentis uigæ
Summovere littora,

Parum occupes continentे ripæ.
Quid, quod usque proximos

Revellis agri terminos: & ultra
Limites clientium

Salis avatus? pellitur paternos
In finu ferens deos

Et uxor, & vir sordidosque natos.
Nulla certior tamen

Rapacis Orci sine destinata
Aula divitem manet

Herum, quid ultra tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur.

Regumque pueris: nec [h] fatelles Orci

Calli-

(d) Prope Tænarum Laconiaæ Promontorium capie-
batur Murex. (e) Mechanatem intelligit. (f) In agro
Sabino habebat villam suam. (g) Ad Bajas fortis im-
perio allidebatur mare. (h) Mors.

Callidum [i] Promethea

Revex caput, hic superbum

Tantum, atque [k] Tantali

Genus coe:ce : hic levare funatum

Pauperem labo:ibus,

Vocatus, atque non vocatus audit.

(i) *Promotheus dicitur callidus, ob hominem ex luto factus, & ignem solis dolo ablutum (k) Atreus & Thyestes.*

ODE XIX. IN BACCHUM.

Arg Narrat se à Baccho infaciendis carminibus fuisse
instructum, & ut ejus laudes narrare sibi liceat.

Bacchum in temoris carmina rupibus

Vidi docentem (credite posteri)

Nymphā que discentes, & aures

Capripedum Satyorum acutas.

[b] Evæ, recenti mens trep. dat meū,

Plenōque Bacchi pectora turbidum

Lixatur. Evæ, parce [c] Liber,

Parce gravi metuendo [d] Thyrso.

Fas per vicaces est mihi (e) Thyadas.

Vinique (f) fontem, lactis & uberes

Cantrare rivos (atque truncis

Lapīa cavis iterare mellis.

Fas & (g) beatæ conjugis additum

B 7

Stellis

[a] Satyri humana facie, ob longis auribus & pedes habebant caprarium. (b) Intercalare in Bacchi sacrificiis.

(c) Pro Bacche. (d) Hasta vel sceptrum Bacchi pampinis & uers cinctum. (e) Bacchi sacrificulae ob furias ex

vino conceperas preterva. (f) Ex thyrso Bacchi singunt Poetae aliquando vinum, lac & mel profluxisse. (g) Ariadne à Baccho in conjugem assumpta: ejus corona, novem stellis ornata, astris est inserta.

Stellis honorem (b) ecclaque Penthei.

D'sje Etā non levī ruinā :

Thracis & exitium (i) Lycurgis.

Tu flectis amnes: tu mare barbarum :

Tu separatis (k) uvidus in jugis.

Nodo coērces viperino.

(l) Bistonidum sine fraude crines.

Tu, cum (m) parentis regna per arduum.

Cohors Gigantum scanderet impia,

Rhōtum retorsisti leonis.

Unguibus, hostibilique malā.

Quamquam choreis aptior, & jocis,

Ludōque dictus, non sat idoneus.

Pugna ferebaris: sed idem:

Pacis eras, mediū que bellis.

Te vīdit insens Cerberus aureo.

Cornu decorum, leniter attorens.

Caudam & recendentis trilingui.

Ore pedes, retigisque Crura.

(h) Pentheus Rex Thebarum à matre, coniuge, sō-

atore & aliis Maenadibus disceptus est ob contemptu-

Bacchī sacra, cum ut quidam volent effet abstemius.

(i) Lycurgus Rex Thrace cum ad tollendam morum cor-

ruptelam vites juberet succidi, in furias attus sibi ipsi

crura amputavit. (k) Ille est, vino mali dulus (l) Mulieres

Thracie à Bistone Rege. (m) Cum Gigantes impugna-

rent Jovem, Bacchus rem strenue contra illos egit.

ODE XX. A D M E C ÆNATEM.

At. Promittit sibi & carminibus suis fama immortalitate.

NON uitatā nec tenui ferar

Pennā (n) biformis per liquidum æthera.

Vatesq.

La) Quin Præta Lyricus & Satyricus.

- Vates: neque in terris morabor
 Longius, invidiaque major
 Vibes relinquam, non ego, pauperum
 (b) Sanguis parentum: non ego, quem vocas,
 Dilecte mecenas, ob bo:
 (c) Nec Stygiâ cohibebor undâ.
 Jam jam residunt cruribus asperze
 Pelles, & album mutor in (d) alitem
 Supernâ: nascuntur que leves
 Per digitos humeiôsque plumæ.
 Jam Dxdaleo ocyo (e) Icaro,
 Visam (f) gementis littora Bosphori.
 (g) Syrtésque Gerulas (h) canorus:
 Ales, Hyperborei que campos:
 Me Colchus, & qui dissimulat me. um
 (i) Mars: cohortis, Dacus & ultimi.
 Noscit (k) Geloni: me peritus
 Discit (l) Iber, (m) Rhodanique poter.
 Absint inani funere nenia:
 Lucreti: que turpes, & querimoniae:
 Compelce clamorem, ac sepulchri:
 Mute supervacuos honores.
 (b) Pauperibus Parentibus natus. (c) Non meo-
 riar. (d) Cygnus avis candida Apollini sacra, symbo-
 lus Pœtæ Excellentis, ut Anser mal. (e) Icarus Da-
 edali filius. (f) Propter continuos fluctus. (g) Syrtes
 prope Lybiam. (h) Cygnus: suavi cantu. (i) Mars:
 Italiae populi, præ reliquis bello asperi. (k) Geloni:
 populi Scythia. (l) Hispani à fluvio Ibero. (m) Galli,

Q. HQ.

Q. HORATII
I L A C C I

Carminum, seu Odarum
LIBER TERTIUS.

O D E I.

Arg. Horatius proponit, se præcepta sapientiae carmine lyrico traditurum Juventutis Rom. eum in finem capiat Auditorum benevolentiam. Incipit de Deorum cultu, de obsequio in Principes, de communis moriendi necessitate, de refranandis cupiditatibus.



D (a) profanum vulgus & arceo
Favete lugusti carmina non prius
Audi a, (b) Mu a um facie dos
Vt g nibus, puerisque canco.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis,
Clari Gigantes triumpho,
Cun ta supercilie moventis.
Est, ut viro vir lat in ord net
A busta fulcis: hic gene osior

(a) Plebs parum religiosa & male morata.
(b) Poeta.

Def.

LIBER III.

65

Descendant in (c) campum peritores

Mobibus hic, mel o que famâ

Concedat illi turbâ clientium

Sit majo: (d) & quâ lege necessitas

Soritur insigne, & imos,

Omne capax movet urna nomen.

(e) Districtus ensis cui super impiâ

Cervice pendet, non Sicula dapes

Dulcem elabo abunt saporem,

Non avium, citharæque cantus

Somnum reducent, somnis agrestium

Lenis viatorum non humiles domos

Fastidit, umbro amque ripam,

Non (f) zephyris agitata Tempe,

Desiderantem quod latissell, neque

Tumultuosum sollicitat mare,

Nec saevus (g) Aeterni cadentis

Imperus, aut orientis Hœdi:

Non verbetaræ grandine vineæ,

Fundusque (h) mendax, arbore nunc aquas

Culpante, nunc torrent a agros

Sidea, nunc hyemes in quas.

Con-

(c) Petidores Magistratum in campum Martium descendebant in ueste candida supplices. (d) Omnibus moriendum. (e) Alludit ad Histriam vulgariter de Democle, qui cum Regem Dionysium prædicaret beatum & felicem, ab eo invitatus ad prandium, ubi imminentem capit gladium vidit ex file pendere, mutari intentiam, monente Tyranno, se simili felicitate esse beatum. (f) Zephyri venti amoenissimi (g) est stella in cauda Ursæ majoris cuius ortsus & occasus excitat temp states (h) qui non respondet labori & expectationi.

Contracta pisces & quora sentiunt
 Jactis in altum molibus, huc frequens
 Camenta demitti redemptor.
 Cum famulis, dominusque terræ
 Fastidiosus; sed timor, & minæ
 Scandunt codem, quod dominus: neque
 Decedit æta: à triremis: &
 Post equitem sedet atra cura.

Quod si dolentem (i) nec Phrygius lapis,
 Nec purpuratum sidere clarior
 Delenit usus, nec Falerna
 Vitis, (k) Achæmeniūmque costum:
 Cur invidendis postibus, & novo
 Sublime ritu moliar atrium?
 Cur (l) valle permurem Sabinæ
 Divitias operosiores?

(i) pretiosum marmor eruebatur in Phrygia. (k)
 Unguentum Persicum ab Achæmeni Persarum Rege.
 (l) villam suam in Agro Sabino intelligit.

ODE II.

Arg. Juventus Rom. à pueritia parco vittis & militaris est assuefacienda.
ANgusta amice pauperiem pati.
 Robustus acii militiam puer
 Condiscat: & Parthos feroces
 Vexet eques meruendus hastas.
 Vitamque sub dio, & trepidis agat
 In rebus. Illum ex mœnibus holticis.
 Matrona bellantis tyranni
 Prospiciens, & adulra virgo
 Suspirat. Eheu, ne iudis agminaum
 Sponsus lacescat regius alperum.

Tadis

L I B E R III.

47

Tactu (*a*) iconem, quem cruenta

Per medias agis ira cædes.

Dulce, & deco: um est pro patria mori.

Mors & fugacem persequitur vitam,

Nec parcit imbellis juventæ.

Poplitibus, timidoque tergo.

Virtus, repulsa nescia sordida,

(*b*) Intaminatis fulget honoribus:

Nec sumit, aut ponit secures

Arbitrio popularis auræ.

Virtus, recludens immetritis mori

Cœlum, negata rentat iter via,

Cœs usque vulgares, & udani

Spernit humum fugiente pennas.

Est & fidelis tuta silentio

Merces, verabo, qui Cereris sacrum

Vulgariit a canæ, sub iisdem

Si. [*c*] trahibus, fragi' emque mecum

Solvat Phaselum, saepe Diespiter

Neglectus, incesto addidit integrum.

[*d*] Ratio antecedente scelustum

Deseruit pede poena clando.

(*a*) fortē bellatorēm, (*b*) laus virtutis. (*c*) sub-

codem telo vel in eadem navi (*d*) scelerati tandem

puniuntur à Deo.

O D E III.

Arg. Pergit Horatius Juvenuti Rom. commen-
tare iustitiam & fortitudinem.

Iustus. [*a*] & renacem propositi vitum,

Non civium ardor prava jubentium,

Non

(*a*) virtute præditus nihil timet.

Non vulnus instantis tyanni
 Mente qua sit solidâ; neque Auster
 Dux inquieti rubidus Adix,
 Nec fulminantis magna Jovis manus.
 Sif actus illabatur o bis.
 Impavidum ferent ruinæ.
 Hac arte polux & vagus Hercules
 Innixus, [b] Jarce aut gigneras:
 Quos inter Augustus recumbens
 Putpunco biber ore nectar.
 Hacte me entem Bacche patet, iux
 Vexere [c] tress, indocili jugum
 Collo trahentes, hac Quirinus
 Martis equi [d] Acheronta fugit.
 Gratum eloquità confabantibus
 Junone dixit: Illion Illion
 [e] Fatalis, incertus que judex,
 Et mulier peregrina vertit
 In pulvrem, ex quo destituit deos,
 Mercede pactâ [f] Laomedon mihi,
 Castaque damnatum Mineræ
 Cum populo, & duce fraudulentæ.
 [g] Jam nec Lacæne piender adulteræ
 Fainosus hospes: nec Priami domus
 Peritura, pugnaces Achivos
 Hestores s' opibus refingit:

- (b) Cœlum. (c) Curria Bacchi trahitur à tigribus.
 (d) Romulus obtinuit immortalitatem. (e) Paris ob
 raptam Helenam fuit causa belli. & excidi Trojani.
 (f) Laomedon Rex Troja ob pactam mercedem Neptu-
 no & Apollini non persolutam ab iis occisus. (g) Paris
 violata hospitiij ure rapuit Helenam ex urbe Spartana.

LIBER III.

69

Nostrisque dustum seditionibus
 Bellum resedit; protinus & graves
 Itas, & inv. sum [h] Nepotem,
 Troica quem peperit sacerdos,
 Marti redonabo, illum ego lucidas
 Inire sedes, ducere necata is
 Succos, & adscribi quietis
 O dñibus patri deo:um,
 Dum longus inter fævia Ilion,
 Romamque pontu:; qualibet oxules
 In parte [i] regnanto beatis
 Dum (k) Priami Paridisi que buslo
 Insultet armatum, & catulos feræ
 Celent iuinx: stet Capitol um
 Fulgens, (l) triumphatique possit
 Roma ferox dare jura Medis,
 Horrenda latè nomen in ultimas
 Extenda: oras: (m) quæ medius liquor
 Sece:nit Europen ab Afio:
 Quæ tumidus rigat arva Nisus
 Auum irreperitur & sic melius situm.
 Cum terra celat, spernere fortior,
 Quam cegere humanos natus.
 Omne lacrum rapiente dextræ.
 Qui cunque mundus terminus oblitus,
 Hunc tangat amnis, visere gestiens.
 Qua parte debacchen urignes,
 Qua nebulæ, pluviaque tores

Sed

(h) Remulm Junonis nepotem ex Marte hujus fi-
 lio; inv. sum, quod ex matre Trojana & Vesta: Virgine
 Rhea esset natus (i) regnent (k) medo Priam: & Pa-
 ridis tumulimaneant speluncæ ferarum. (i) Roma te-
 ro orbe triumphet. (m) mare mediterraneum.

76 C A R M I N U M.

Sed bellicosis fata [n] Quiritibus

Hac lege dico ne nimium pii,

Rebusque fidetis, avitæ

Tecta velint reparare Trojæ,

Troje renascens [o] Jalite lugubri

Fortuna tristi clade iterabitur,

Ducento vici trices catervas

Conjuge mejovis, & sorore,

Tet si resurgat murus aheneus

[p] Austore Phœboter pereat meis

Excitus Argivis ter uxor

Capta virum, puerisque plorer.

[q] Non hæc joësæ conveniunt Syæ.

Quò Musa tendis? desine pericax,

Referre sermones deorum, &

Magna modis tenuare pavis.

(n) Romani à Quirino seu Romulo. (o) infelicità

omine (p) Mænia Urbi Trojanae exstruxerat Apollo.

(q) Cerretio.

ODE IV. AD CALLIOOPEN.

Arg. Commemorat Musarum erga se beneficia.

D Elcende cœ'o, & d'c, age, tibiâ

[a] Regina longum Caliope melos:

Seu voce nunc mavis acutâ,

Seu fidibus, citharave Phœbi,

Auditis? an me ludit amabilis

Insania? audire, & videor pios

Errate per lucos; amœnæ

Quos & aquæ subeunt & auræ,

Me fabulosæ [b] Vulture ia Appulo,

(c) Al-

(a) Calliope Musarum præstantissima. (b) Vul-

LIBER III.

71

(e) Altricis extra limen Apulia,
 Ludo, fatigatumque somno
 Fonde novâ puerum palumbes
 Texere: mitum quod foret omnibus,
 Quicunque (d) celsè nundum Acherontis,
 Salusque Bantios: & atrum
 Pingue tenent humilis Ferentis
 Uc tuto ab atris corpore evipetis
 Dormirem, & ursis: ut premeter sacra
 Lauðque, collatique myto,
 Non sine Dñis animosus infans.
 Vester, Camœnæ, vester, in arduos
 Tellor Sabinos: seu mili frigidum (e)
 Prænesti, seu Tibur supinum,
 Seu liquidæ placuere (f) Baiz,
 Vestris amicūm fontibus & choris,
 Non me (g) Philippis versa acies retro,
 (h) Devota non extinxit arbos,
 Nec Siculâ (i) Palinurus undâ.
 Ucumque tecum vos eritis, libens
 Infantem navita Bosporum

Tentatio

(c) Venuſium patriæ Heratii oppidum, Apulia
 Citerioris, (d) diversa loca Apulia, (e) Prænesti
 Urbs in edito monte sita; unde & frigida. Tibur in col-
 lo declivi positum. (f) ad Bajas erant plurima balnea.
 (g) Prope Philipposcæsus fuit Brutus, sub quo mi-
 litavit Heratius. (h) arbor execrabilis. (i) Premonito-
 rium Italæ, ad quod periculum vitae incurrit Heratius;
 nomen accepit à Palinuro Æneæ navarcho ibi-
 dem olim submerso.

C A R M I N U M.

Tentabo, & arentes arenas
 Litoris Assyrii viator.
 Visam Britanos hospibus feror,
 Et luctum equino sanguine (k) Concanum,
 Visam pharetratos Gelenos,
 E Scythicum inv ola us (l) amnem,
 Vos Cæsarem altum, militia simul
 Fessas cohortes abdidit oppidis,
 Finire quærentem labores,
 Perio recreatis antro.
 Voslene consilium & datis, & dato
 Gaudetis a' ma. Scimus ut impios
 (m) Titanas, immanem querutram
 Fulmine sustulerit cado co,
 (n) Qui terram inerem, qui mare temperat
 Ventulum, & ubes, regnaque tristia,
 Div' o que; mo ra e que tu: mas
 Imperio regit unus æquo.
 Magnum illa terrorem intulerat Jovi,
 Fidens, juvenus horrida, brachiis,
 Fiat e que tendentes opaco
 (o) Pelion imposuisse olimpo.
 Sed quid T phœn, & val dus Mimas,
 Aut qu d minaci Porphyrion statu,
 Quid Rhœsus, evul isque truncis
 Enceladus jaculator audax,

(k) Centabri, qui more Scytharum bibeant san-
 guinem equinum. (l) Tanais furius, qui Europam
 dividit ab Asia. (m) Gigantes Titanis & Terra filii
 (n) Deus.
 (o) nomina Gygantum, qui nihil potuerunt contra
 Divos.

L I B E R III.

73

Contra sonantem palladis (*p*) ægida
Possent uates? hinc avidus sletit
Vulcanus: hinc matrona Juno &
Nunquam humeris (*q*) positus arcum,
Qui rote puio Castaliæ lavat
Crines solutos; qui Lyciæ tenet
Dumera natalémque silvam
(*r*) Delius & Patareus Apollo,
Vis contulit expers mole ruit suâ.
Vim temperatam dñi quoque provehunt
In majus; idem odere vires
Onde nefas animo moventes.
(*s*) Testis mearum centimanus Gygas
Sententiarum notus, & integræ
Tentator (*t*) Orion Dianæ
Virgineâ domitus sagittâ,
Iniecta monstris Terra dolet suis:
Mœrèrque partus fulmine Iuridum
Misso ad Orcum: nec peredit
Impositam celer ignis Ætnam:
Incontinentis nec Tyti jecur
Relinquit ales, nequitiæ additus
Custos: amato em trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ.

D

ODE

(*p*) Palladis clypeus. (*q*) Apollo, præses Mu-
sarum. (*r*) Qui à Delo insula, in qua natus dici-
tur Delius, & ab Urbe Lyciæ Patara, in qua per sex
menses hibernos dabat responsa, dicitur Patareus. (*s*)
Scelerati à Deo puniuntur. (*t*) De Orione Poëtae
non convenient.

CARMINUM

ODE V. AD AUGUSTUM.

Arg. Augustum Diis ferè facit panem.

Cælo tonantem credidimus Jovem

Regnare: præsens divus habebitur

[a] Augustus, adjectis Britannis

Imperio, gravibusque Persis,

[b] Meliusne Crassi conjugē barbarā

Turp's maius vixit? & hostium

(P. o curiā, inveniisque mores!)

Consenuit socero: um in armis,

Sub rege Medo, Marsius, & Apulus

[c] Anciliorum, nominis, & togæ

Oblitus [d] æternæque Vestæ,

Incolumi Jove, & urbe Rōmā?

[e] Hoc caverat mens provida Reguli,

Dissentientis conditionibus

Fœdis: & exemplo * trahentis

Perniciem veniens in ævum?

Si non periret immiserabilis

Captiva pubes. Signa ego Punicis

Affixa delubris, & arma

Militibus sine eade (dixit)

(a) Britanni pacem petierant à Romanis, & Paro-
bi, qui occupabant Persiam remiserunt signa mil-
itaria &c. occiso Crasso Romanis adempta. (b) Car-
pit Romanorum ignaviam, qui in 32 annorum cap-
tivitate Romæ oblixi barbaras duxerunt Conjuges. (c)
Ancile est scutum breve, quorum unum de cælo lap-
sum fingitur, & Romanam eam diu fore incolunem.
quamdiu ibi servaretur illæsum. (d) Ob perpe-
tuum ignem in templo Vestæ à Vestalibus conservari
solatum. (e) Laudat Reguli constantiam.

LIBER III.

74

Direpta vidi : vidi ego c vium
Retorta tergo brachia libero,

Per áique non clauas , & arva
Matte coli populata nostro.

Auro repensus seilicet acier
Miles redibit , flagitio additis

Damnum ; neque [f] amissos colores

Lana refert medica a fuco :

Nec vera virtus , cum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.

Sic pugnat extirpata densis

Cerva plagis , erit ille fortis ,

[g] Qui perfidis se credit hostibus ?

E. Matte Poenos proteret altero ,

Qui lora restrictis lacertis

Sensit ine s , timuitque mortem ?

Hic unde vitam sumeret , incus

Pacem duello miscuit . O pudor ,

O magna Carthago probrosis

Altior Italie ruinis ,

Ferrur pudicæ conjugis osculum ,

Parvolsque natos , ut [b] capit is minor ,

D 2

A se

(f) *Lana colorem , quem perdidit fuco tincta , nunc recuperat ita nec fortitudo militaris .* (g) *Carthaginenses habebantur perfidi , quia fidem Romanis datam saepe violaverant ; unde & in proverbium abjecti fides Punica .* (h) *Caput hoc loco statum significat ; Jure enim Romano minuis capite dicitur . quis ex libero sit servus ; huic etiam peribatus cognitionis . Unde factum , ut Regulus nec Conjugem nec liberos voluerit suos agnoscere .*

Di
Para
mili-
Car-
apiti-
s . ()
lap-
mem-
erpe-
rvari

C A R M I N U M

A se removisse, & virilem
 Torus humi posuisse vultum :
 Donec labantes consilio Patres
 Firmaret auctor, numquam alias dato,
 Intéque inerentes amicos
 Egregius properaret exul.
 At quisiebat, quæ sibi baibatus
 Tortor pararet : non aliter tamen
 Dimovit obstantes propinquos,
 Et populum redditus morantem,
 Quam si clientium longa negotia
 Dijudicata lice reliqueret,
 Tendent [i] Venafranos in agros,
 Aut Lacedæmonium Tarentum.
 [i] Agri Venefri & Tarenti erant imprimis
 amœni.

O D E VI.

Arg. Hortatur Romanos ad Religiosum Deorum cultum, ex quorum neglectu plurima in Remp. mala prophanarunt.

DEista majorum immeritus lues,
 Romane, donec templa refeceris,
 Ædésque labentes deorum, &
 Fœna nigro simulacra fumo,
 Diis te mino em quod geris, imperas.
 Hinc omne [a] principium, huc referit exitum.
 Di multa neglecti dederunt
 [b] Hespe. i.e mala luctuosæ.

[a] Ponitur Dactylus loco spondei exemplo alias
 inveniato. [b] Hesperie nomine compellatur Hispania simul & Italias.

LIBER III.

77

Jam bis [e] Monaxis , & [f] Pacori manus
 [e] Non auspiciatos comulit impetus

Nostris : & adiecisse prædam

Torquibus exiguis renidet.

[f] Paxè occuparam seditionibus
 Delevit urbem Dacus , & Æthiops :

Hic classe formidatus , ille

Missilibus meliori sagittis.

Fœcunda culpæ secula , nuptias

Primum inquinavere , & genus , & domos .

Hoc fonte derivata clades ,

In patriam , populūmque fluxit .

*

Non his juventus orta parentibus

Infecit æquor sanguine [g] Punico :

D 3

(b) Pyrr-

(c) Ex Primoribus Parthorum unus , qui ubi
 M. Antonio persuasit bellum inferre , Parthis
 eundem turpiter prodiit , atque ita causa fuit
 magnæ clavis M. Antonio illatae . (d) Pacorus
 itidem Parthus magnâ etiam clade affecit Roma-
 nos . (e) Fuit hæc Veterum supersticio , ne quid
 negotii susciperent nisi captatis prius auspiciis , id
 est , observato avium volatu , ex quibus posset
 divinari secuturus rei exitus . Hæc auspicia ne-
 glexerant M. Crassus , & M. Antonius , cum
 bellum inferrent Parthis . (f) Romanæ domesticis
 dissensionibus laborantem prope oppræserunt Daci ,
 modo Transylvanie , Moldavia & Valachia , po-
 puli , & Ægyptii , qui pro M. Antonio & Cleopatra
 pugnabant advers. Augustum . (g) Carthaginenses
 iteratis pugnis navalibus visti à Romanis .

rimis

cul-
malaJana
alid
ifpa-

C A R M I N U M

[b] Pythiumque, & ingentem cecidit

[c] Antiochum, [k] Annibal emque dirum:

[l] Sed iuri corum mascula militum

Poles, [m] Sabellis docta ligonibus

Verteare g'ebas, & severae

Matri ad arb' trium recisos

Portare fultes: [n] sol ubi montium

Muaret umbras, & juga demeret

Bobus fatigatis, amicum

Tempus agens abeunte curru,

Damnoſa quid non imminuit dies?

Æas parentum pejo: avis, tulit

Nos nequiores, mox d'aruros

Progeniem viriosiorem.

(b) *Pyrrhus Rex Epirotarum* (c) *Antiochus Rex Syriæ*, qui periculosa bella moverunt Romanis, demum tamen ab iis sunt victi. (k) *Anibal proprio Epitheto vocari solet dirus ob clades maximas Romanis illatas, & conceptum jam ab infancia in eos odium.* (c) *Laboriosa juvenus.* (m) *Iaſt, Sabinis.* (n) *Uſque ad serum vesperum.*

ODE VII. AD ASTERIEN.

A g. *Consolatur eam de ongiore Gygis viri sui absentia mœſtam atque ſollicitam.*

Quid flēs, Asterie, quem ribi candidi

Primo reſtituent ve. e [a] *Favonij,*

Thynā merce beatum,

[b] *Constanti juvenem fide*

Gygen?

(a) *Venti Lenes & placidi.* (b) *Thynā, id est, Bithynā, Bithynia enim olim Thynia dicebatur.*

Gygen? ille [e] notis actus ad [A] Oicum

Polt u ana (e) Capræ sidera, fugidas

Noctes, non sine multis

In somnis lacrimis agit.

Atqui sollicitæ nuncius hospitæ,

Suspitate Cloen, & miseram ruis.

Dicens ignibus viri,

Tenuat mille vafer modis.

(f) U. Pœum mulier perfida credulum

Fallis impulerit criminibus, nimis

Castio Bellerephonti

Maturare, necem refert.

Narrat pœnè datum (g) Pelea Tartaro,

Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens:

E peccare docentes

Fallax historias monet,

Fustra. Nam scopulis surdio (h) Icaro,

Voces audit adhuc integer, at, tibi,

Ne vicinus Enipeus

Plus justo placeat, cave*

D 4

Quam-

(c) Venit procelloſi & pluvii. (d) Oicum Urbs
Gracia. (e) Capræ fidus, cum occidit sub finem
autumni, embres & tempestates ciet. (f) Praetor
Rex Argivorum, cuius uxor Stenobea cum non potuif-
set castum Bellerephantem ad peccandum inducere,
calumniata est apud Maritum, sibi ab innocentissimo
juvene vim illatam. (g) Peleus Æaci filius cum
ob calumniam Hippolytes ab Acasto ejus marito Ma-
gneſia Rege inermis effet feris expeditus, ense à Vul-
cano accepto, periculum feliciter evasit. (h) Seu
maris Icaro.

Quamvis non alias flectere equum sciens
Æquè conspicitur gramine [i] Martio.

Nec quisquam citus æquè

[k] Tusco denatat alveo.

Primā nocte domum clade: neque in vias
Sub cunctu querulae despici tibiæ:

Et te læpe vocanti

Duram, difficilis manu.

(i) *Seu campo Martio.* (k) *In Tiberi, qui in*
Tuscia seu Hetruria oritur.

ODE VIII. AD MECÆNATEM.

Arg. *Invitat ad sacrificium & epulas, quas sospita-*
tori Bacco promiserat.

[a] Martiis cælebi: quid agam Kalendis:
Quid velint flores, & acerra thuris
Plena, mitatis: positusque carbo in
Cespite vivo,

[b] Docte sermones utriusque linguae:
Voveram dulces epulas, & album
Libero caprum, propè funeratus
Arboris ieu.

Hic dies anno redeunte festus,

[c] Corticem astrictum pice dimovebit

Amphoræ

(a) *Calendæ Martiæ magna curâ celebrabantur*
à Romanis in honorem Junonis maximè à conjugatis.
(b) *Mecænas erat Graece & Latine doctus.*
(c) *Vasa, in quibus asservabatur vinum, pice occlu-*
debantur.

LIBER III.

81

Amphoræ [d] fumum bibere instituerunt

[e] Consule Tullo.

Sume, Mecenas, cyathos amici

Sospitis centum, & vigiles lucernas

Perfer in lucem procul omnis eto

Clamor, & ira.

[f] Mitte civiles super ubi curas :

[g] Occidit Daci Cotisomis agmen:

[h] Medus infestus sibi luctuosus.

Diffidet armis.

[i] Servit Hispanæ vetus hostis ora:

Cantaber, seru domitus catenâ:

Jam Scythæ laxo meditantur arcu,

Cedere campis.

Negligens, ne qua populus laboreat,

Parce privatus nimium cavere, &

Dona praesentis rape letus horæ, ac

Linque severa.

D. 5

ODE

(d) *Ad vina maturanda Romanæ cados, quibus includebatur vinum, solebant fumariis imponere.*(e) *Anno Urbis 678. quo Valentius Tullus fuit Consul, creverat vinum genersum, unde per hyperbolæ pro vino generoso & vetusto ponitur.* (f)*Mecenas absente Augusto fuerat Urbis præfectus, eo post bellum Cantabricum rēduce poterat à curis civilibus quiescere.* (g) *Cotison Dacie Rex fuerat à Romanis cæsus.* (h) *Parthi inter se diffidebant, Tiridates enim rebellaverat contra Phraaten Regem.* (i) *Difficili trium annorum bello Cantabri fuerunt devicti.*

ODE XI. AD MERCURIUM.

*Arg. Eum roget, ut cantus sibi dicet, quibus Lydam
spenso conciliet.*

ME curi, nam te docilis magistro
Movit [a] Amphion lapides canendo :
Túque testudo retoneat septem
Callida nervis :

Nec loquax olim, neque grata , nunc &
D. vituni mensis, & amica templis,
Dic modos, Lyde quibus obstinatas
Applicet aures.

Tu potes tigres , comitésque silvas
Ducere, & rivos celestes morari.
Cessit immanis tibi blandienti

Janitor au'æ
Cerberus : quamvis fuisse centum
Muniant angues caput ejus , atque
Spitus teter , sanie que manet

Ole trilingui
Quin & [b] Ixion , Tityusque vultu
Risi invito : fieri una paucum
Sicca , dum grato [c] Danae puellas
Carmine mulce .

Audiatur
 (a) Amphion singitur à Poëtis saxa & lapides per-
 traxisse ad construendos muros Thebanos. (b) Damna-
 ti ad Inferos , querum pœnae vulgo note. (c) Da-
 naus Rex Argiverum 50. filias tradidit nuptiis 50.
 filiis Alcyoni fratriis suis , qua singulae spensos suos ipsa
 nuptiarum nocte trucidarunt exceptâ unâ Hy-
 permnestra. Unde & ad Inferos ad haurientiam
 cribro aquam , multo laqore , effestu nullo sunt
 damnatae.

Audiat Lyde scelus, atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Se aquæ fata.

Quæ manent culpas etiam sub Occo,
Impiæ nam quid potuere majus?
Impiæ spousos potuere eduro
Perdere fert.

Una de multis [d] face nuptiali
Digna, perjurum fuit in patrem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis ævum.

Surge, quæ dixit juveni matito,
Surge, nec longus tibi somnus, unde
Non times, detur: sacerdotum, & celestas
Falle sorores.

Quæ, velut nastæ [e] vitulos leænx,
Sangulos, eheu! lacerant: ego illis
Mollior, nec te feriam, nec intra
Clastra tenebo.

Me pater laevis oneret catenis,
Quod virtu clemens misero pepercit:
Me vel extremos Numida: um in agres
Classæ releger.

I, pedes quod te rapiunt, & auræ
Dum favet nox, & Venu: i secundo
Omne, nostri memorem sepulchro
Sculpe querelam.

(d) Honore Connubii, quod olim vesperi & cum
facibus celebrabatur. (c) Crudeliter.

ODE XIII. AD FONTEM BLANDUSIANUM

Arg. Fontis hujus in agro suo Sabino positi amoenitatem commendat.

O Fon: Blandusiae, splendidior vitro,
 (a) Dulci digne meo, (b) non sine floribus.
 Cras donaberis hædo,
 Cui si sors tu gida cornibus
 Primis, & Venerem & pœlia destinat
 Frustra, nam gelidos inficiet tibi
 Rubio sanguine rivos:
 Lascivi soboles gregis.
 (c) Te flagrantis atrox hora Canicula
 Nescit tangere: tu frigus amabile
 Fessis vomere tauris
 Præbes, & pecori vago.
 (d) Fies nobilium tu quoque fontium,
 Me dicente cavis impositam illicem
 Saxis: unde (e) loquaces
 Lymphæ defilunt tuz.

(a) Dulci vino æquiparandus. (b) Margines fontium corerabat floribus antiquitas. (c) Nunquam incalescis sed semper es frigidus. (d) Genitivus pro Nominativo. Vel subintelligitur unus. (e) Propter crepitum, quem elicunt.

ODE XIV. AUGUSTI LAUDES.

Arg. Gratulatur felicem redditum & Incolumentem Augusto, cum plures annos fuissest occupatus bello Cantabrico & Tarracone graviter agrotassest.

Mer-

(a) **H**erculis ritu modò datus, ô plebs,
Morte venalem petiisse laurum,
Custodes ovium carmina fistulâ;

Delectantque (e) Deum, cui pecus, & nigrâ
Colles Arcadiæ placent.

(f) Adduxere sitim tempora, Virgili:

Sed pressum (g) Calibus ducere Liberum

Si gestis, juvenum nobilium cliens,

Nardo vina merebere.

Nardi (h) parvus onyx elicit cadum,

Qui nunc Sulpiciis occupat (i) horreis;

Spes donata novas largus, amatique

Curatrum cluere efficax.

F 3

Ad

(b) Zephyris, qui spirant ab occasu æquinoctiali.

(c) Hirundo, quæ fuit Pregne Pandionis Regis Athonarum filia, & uxor Terci. Hæc indignata vim Pli-
lomelæ forori suæ à Thereo illatam, Ithi filium, quem ex illo suscepit, interfecit, eique epulandum appo-
suit. Demum mutata est in hirundinem. (d) Familia Regia Apud Athenienses, quorum Rex primus fuit Cecrops. (e) Pan pastorum Deus in Arcadia maximè cultus. (f) Sive quod Roma etiam in vere est calidum,
sive quod sit collecta ex tota die, quod instet hora cœna,
sive quod ver omnia exhilarans inviteret ad competacio-
nes (g) sunt Italiae Populi prope Falernos & Massicos,
unde vinum Calenum. (h) Nardus unguenti genus; py-
xides autem unguentaria communiter erant ex Ony-
che, hinc passim dicebantur Onyches. (i) Horrea dicun-
tur etiam cellæ vinariae, quales Sulpitius Galba opti-
mas Romæ habuit.

mæ
ne-
imè
in
vi-
on-

Ad quæ si properas gaudia, cum tua
Velox inerce veni, non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis,

Plena dives ut in domo,
Veūm pone moras, & studium lucti,
[k] Nigritumque memo, dum licet, ignium,
Misce stultitiam consiliis brevem;
Dulce est despere in loco.

(k) *Rogifunerales, in quibus comburebantur mortuorum cadaveræ.*

ODE XIV. AD AUGUSTUM.

Arg. Iterum hic celebrat Augustum de Sicambris vi-
tore, cùmque majorem asserit, quām ut illi Sena-
tus aut *Populus Rom.* dignos honores possit tribue-
re Romanam reduci.

Quæ cura [a] patrum, quæve [b] Quiritium
Pennis honorum munericibus, tuas

Auguste virtutes in ævum
Per titulos, memorésque fastos
Æc: net? ò qua sol habitabiles
Illustrat oas, maximè Principum,
Quem legi expertes Latinæ
[c] Vindelic; didicere nuper
Quid Matte possis. milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Bruniosque veloces, & arces
Al'pibus impositas tremendis
Deiecit acer, plus vice simplici.
[d] Major Neronum mox grave prælium

Com-
(a) *Senatus.* (b) *Populus Rom.* (c) *Germania*
populi à Romanis hucusque indomiti. (e) *Tiberius*
multas strages edidit.

Commisit immanesque Rhætos [e]

Auspiciis pepulit secundis.

Spestandus in certamine Martio,

Devota morti pectora liberæ

Quantis fatigaret ruinis:

Indomitas prope qualis undas

Exercet Auster, [f] Pleiadum choro

Scindente nubes; impiger hostium

Vexare turmas, & frementum

Mittere equum * medios per ignes.

Sic tauriformis volvitur Aufidus,

Qui regna Dauni perfluit Appuli,

Cum sœvit, horrendumque cultis

Diluvium meditatur agris:

Ut barbarorum Claudius agmina

Ferrata vasto diruit impetu:

Primosque & extremo metendo

Stravit humi sine clade victore:

Te copias, te consilium, & tuos

Præbente divos. nam tibi, quo dic

Portus [g] Alexandra supplex,

Et vacuam patefecit aulam

Fortuna [h] lustro prospera tertio

Belli secundos reddidit exitus,

Laudemque, & optatum peractis

Imperis decus atrogavit.

F 4

(i) Te

(e) Pleiades sunt stellæ septem pluviam cientes. (f) à mugitu, quèm edidit ejusdem rapax impetus. (g) Devicti Antonis & Cleopatrae Regia, & Metropolis Ægypti. (h) Lustrum spatiuum quinque annorum, sic dictum a civibus Roma persolvit solitus.

more
vis
Sen-
ibues

Com-
manie
berius

[i] Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque & Indus, te profugus Scythes

Miratur, ô tutela præsens

Italiz, dominæque Romæ :

Te, fontium qui celat originem,
Nilusque, & Ilter, te rapidus Tigris,

Te belluosus qui remoris

Obstrepit Oceanus Brittannis :

Te non paventis funera Galliz

Duræque tellus audit Iberiz,

Te cæde gaudentes Sicambri,

Cou politis venerantur armis.

(i) Recenset populos ab Augusto devictos, ponendos
fluvios pro populis, quos alliunt.

O D E X V .

Arg. Prosequitur Laudes Augusti, quem unum affir-
mat publice felicitatis authorem.

PHoebus volentem prælia me loqui,
Victas & urbes, [a] increpuit lyra :

Ne parva Thühenum per æquor

Vela datem : tua, Cæsar, ætas.

Fruges & agris rettulit uberes,

E. [b] signa nostro restituit Jovi,

Direpta Parthorum superbis

Postibus : & vacuum duellis

[c] Janum Quirini clausit : & ordinem

Re-

(a) Ingeniose pulsat & tantum lyra & sono edito quasi
experimento quodam ostendit prælia imprudenter face-
rem, si chordis tam tenuibus tubarum clangores vel-
lem exæquare. (b) Signa caso M. Crasso Romanis ere-
pta restituerunt Parthi Augusto. (c) Templum Jani
Romæ ; cuius geminae portæ patebant tempore belli ;
tempore pacis autem claudebantur.

LIBER IV.

129

Rectum, evaganti frena licentiae
 Injecit, emovi que culpas;
 Et veteres revocavit artes:
 Per quas Latinum nomen, & Italæ
 Creverat vites: famaque, & imperi
 Porrecta majestas ad ortum
 Solis, ab Hespicio cubili.
 Custode terum Cæsare, non furor
 Civilis, aut vis eximet otium,
 Non ira, quæ procudit enses,
 Et miserias † inimicat urbes.
 Non qui profundum Danubium bibunt,
 Edicta [d] tunspent Julia, non Getæ,
 Non Seres, infidive [e] Persæ
 Non Tanaim prope flumen orti.
 Nōque, & profestis lucibus, & factis
 Inter jocosí munera Liberi
 Cum prole, matronisque nostris,
 Ritè Deos prius apprecati
 Virtute functos more patrum, duces
 [f] Lydis rem isto carmine tibialis,
 [g] Trojāmque, & Anchisen, & almæ
 Progeniem Venetis canemus.

F 5

Q. HO:

(d) Pacis conditiones ab Augusto impositas obser-
 vabant universi. (e) Seu Parthi tum temporis Persic
 imperantes, qui M. Crassum per simulationem collo-
 qui interemerunt. (f) Lydiæ populi Phrygiae proxi-
 mi ita noverant temperare quinque Græcorum con-
 centus celebratissimos, ut inde unum efficerent. (g) Lau-
 des Augusti ab ipso repetemus principio omnes &
 singulos percurrente quis à Venere per Anchisen or-
 tum duxere.

(130) 50

Q. HORATII FLACCI EPODON LIBER.

EPODE I. AD MECÆNATEM.

Arg. Mecænati, expeditionem bellicam contra M.
Antonium meditanti, testatur suum erga illum a-
morem, & comitandi desiderium.

Bis [a] Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnaula,
Paratus omne Cœsatis periculum
Subire, Mecænas, tuos:
Quid nos? quibus te vita sic superstite
Jucunda: si contra, gravis:
Utrumne jussis persequemur otium
Non dulce, nî: ceum simuli?
An hunc laborem mente latu:i, decet
Quem ferre non molles viros,
Feremus? & te [b] vel per Alpium juga.
In hospitale & Caucasum,
Vel Occiden:is usque ad ultimum sinum,
Forti sequemur pectori?
Roges, tuum labore quid juvem meo,
Imbellis, ac firmus parum?
[c] Comes minore sum futurus in metu,

Qui
(a) Naves in Liburnia Illyrici regione constructæ e-
rant forma breviore. & ad omnem motum aptiore qua
plurimum contulerunt ad victoriam Actiacam. (b) Te
ubique locorum sequemur perlubenter. (c) Absentes
plus timent, quam praesentes.

Qui major absentes habet,
 Ut assidens omnipotibus pullis avis,
 Serpentum allatus rimet
 Magis reliquis non, ut adfis auxili
 Latura plus presentibus
 Libenter hoc, & omne militabitur
 Bellum in tuz spem gratiae:
 (d) Non ut juvencis illigara pluribus
 Aratra nitantur meis:
 Pecusve Calabris ante fidus feruidum
 Lucana muter pascua:
 Nec, ut (e) superni villa sandens Tusculi
 (f) Circxa tangat mœnia.
 Satis, supēque me benignitas tua
 Ditavit: haud paravero,
 Quod aut avatus, ut (g) Chremes, terrā premam,
 (h) Discinctus aut perdam, ut nepos.

ODE

(d) Non ut plures desiderem agros; cum enim Romani maximos haberent provenius ex aratione & ex re pecuaria, illi maxime erant divites, qui pro ratione temporum nunc in astiva, qualia erant in Calabria, nunc in Hiberna pascua, qualia erant in Lucania frigidere pecus possent deducere. (e) Neque desidero villam tam amplam in fundo Tusculano, quæ à celo se extendat ad ipsum oppidum, Tusculum. (Quod) Telegenus Circes & Ulnsis filius extruxit. (g) Senex avatus apud Terentium. (h) Male percinctum incidere est hominis pigri & luxu languidi; quales cum plerumque sint illi adolescentes, qui prater patrem etiam avos habent rem familiarem strenue promoventes, & nihil illis curandum relinquentes, quam curam suam & Genium; indefactum, ut ignavum & dissolutum significant.

Qui
 Tae-
 e quæ
 o) Te
 entes

ODE II. VITÆ RUSTICÆ LAUDES.

Beatus ille : qui procul negotiis,

[a] Ut prisca gens mortaliū,

Paterna rūta bobus exerceſt suis,

Solatus omni fœnōte.

Nec excitatur classico miles truci:

Nec horret iratum mare :

Foūnque [b] virat, & superba civium

Potentiorum limina.

Ergo aut adultā vitium propagine

Atlas [c] maritat populos :

Aut in reductā valle mugientium

Prospektat errantes ḡ eges

Inutilēque falceramos aīputans,

Felicitores inserit :

Aut pressa puris mella condit [d] amphoris,

Aut tondet infirmas oves

Vel cum decorum mitibus pomis caput

Autumnus arvis extulit :

Ugaudet insitiva deceſtens pyra,

Cerrantem & uain purpuræ :

Quā munereſt ut te [e] Priape, & te pater

(f) Sylua-

(a) Prisci agros ſuos propriis bobus arabant ab omni fœnore liberi. (b) Lites fugit ; hæ olim deciderabantur apud Romanos in publice foro. (c) Deducit vitem ad altas arbores , ut tanq̄ altius effugiat. (d) Amphora pro quolibet vase (e) Priapus Bacchū & Veneris filius , horterum Deus turpissimus.

(f) Sylvane tu: or finium t:
 Libet jacere modo iub antiqua illice,
 Modo in (g) renaci gramine.
 Labuntur aliis interim ripis aquæ :
 Queruntur in silvis aves,
 Fon. èsque lymphis obstrepunt manantibus :
 Somnos quod invitet levet.
 At cum tonantis annus (h) hybernus Jovis ,
 Imbris, nivésque comparat;
 Aut trudit arces hinc, & hinc multâ cane
 Apros in obstantes plagas :
 Aut amite lævi rata tendit retia,
 Turdis edacibul dolos :
 Pavidumque lepo:em, & (i) advenam laqueo g:uecm
 Jucunda captat præmia.
 Quis non malatum quas a mor curas habet
 Hæc inter obliiscitur ?
 Quod si pudica mulier in partem juvet,
 Domum, atque dulces liberos :
 (Sabina qualis, aut perusta solibus
 Pernicis uxoris Appuli)
 (k) Sacrum vetustis extuacat lignis focum
 Lassi sub adventum viri :
 Claudensque textis cratibus lætum pecus :
 Distenta siccet ubera :

E 7

Et

(f) Sylvanus sylvarum & finium præses (g) Quia
 habet radices longissimas, quibus sic infigitur terræ, ut
 ubi semelenatum; inde difficulter exterminetur. (h)
 Tempus hyemis adveniæ. (i) Pertica, quæ utuntur au-
 cipes ad capiendas aves. (k) Vel quia focus est
 Vestæ facer, vel quia est Deorum Penatium
 Arma.

Et horna dulci vina promens dolio,
 Dapes inemptas appareret;
 Non me Luctina [/] juverint conchylia,
 Magisve [m] thombus aut scati,
 Si quos Eois intonata flum. bus
 Hiems ad hoc vertat mare.
 Non [n] Afra avis descendet in ventrem meum.
 Non attageo Jonicus
 Jucundior, quam lecta de pinguisimis
 Oliva ramis arborum,
 Aut herba [e] lapathiptata amantis, & gravi
 Maluæ salubres corpori;
 Velagoa festis [p] ex a Terminalibus,
 Vel hœdus ereprus iupo.
 Has inter epulas, ut juvat pastas oves
 V. dñe properantes domum?
 Videre fessos vomitem inversum boves
 Collo trahentes languido:
 Positósque [q] vernas, ditis examen domus,
 Circum [r] tenidenes lares!
 Hec ubi locutus fœnerator Alphius,
 Jam jam futurus rusticus,

Om-

(1) Ostrea quæ capiebantur in Lucrino Campania
 lacu amplissimo. (n) Pisces magni pretiis longe extra
 Italiam magno sumptu petendi. (n) Aves delicatae
 saporis. (o) Herbae delicatae. (p) Terminalorum, qui
 bus agri dividebantur tanta erat religio, ut iis Termi-
 num Deum præfecerint. In ejus honorem mense Febru-
 ario celebrabantur festa Terminalia. (q) Verna dici-
 tur famulus aut ancilla dominata, non aliunde acqui-
 sita. (r) Omnia domi nitide composita, ut ridere vide-
 antur

Omnem [s] elegit id bus pecuniam.

Quare Kalendis ponere.

(s) Calendis & Idibus , id est , sub initium & me-
diūm cuiuslibet mensis pecuniae dabantur mutuo &
repecebantur.

EPODE III. AD MECÆNATEM.

Arg. Detestatur allium, quod comederat vim ejus-
dem ignorans.

Patens olim si quis impiā manu
Senile guttur fregerit:

Eda [a] cicutis allium nocentius.

O dura [b] messorum illa!

Quid hoc veneni saevit in præcordiis?

Num [c] vi perinus his crux

Incoctus herbis me fecelli? an malas

[d] Canid. attractavit dapes?

Ut A. gonauas præter omnes candidum

Medea mirata est [e] ducem,

Ignor-

(a) Cicuta wilde Kerbel oder Dosskraut. Cujus
succo Atheniensis necem inferebant judicio capitalis
damnatis. (b) Oferreos messorum stcmachos, qui alli-
um a vidissime reverabant. (c) Venenum maximè pe-
stilens. (d) Tum temporis famosa Venefica. Jason Æ-
sonis filius Dux expeditionis Argonauticae, quem Æ-
eta Colchorum cum reliquis sociis benevole in speciem
excepit, eique aureum vellus appromisit si ignivemos
Tauros Marii: sacros, quos apud se habebat iugis sub-
deret Cujus filia Medea, ut Jasonem morte a tauris
certo inferenda liberaret, magicis quibusdam succis
perunxit.

Ignota tauris illagatusum juga,

Perunxit hoc Jasonem:

Hoc deliburis ultra donis (*f*) pellicem,

Serpente fugit alite,

Nec tantus unquam siderum insedit vapor

Siticu'ost (*g*) Apulia:

Nec munus huic etis efficacis (*h*) Herculis

Ina sic astuokus.

* pennigero.

(*f*) Simili succo perunxit munera Creusa repudia:
ta Medea Jasonis novae sponsae, quibus acceptis Creu-
sa & tota parentis Creontis regia incensa est, ipsa in-
terim Medeā per alatum draconem alio avolante.
(*g*) Apulia maximis caloribus est obnoxia. (*h*) Fuit
hec munus Interuta Nelli Centauri, ab Hercules occisi,
cruore infecta, quam à Conjuge Deianira vagis ejus-
dem amoribus irata sibi missam ubi Hercules induit,
in tantum furorem est attus, ut se ipsum in ardente
Pyram in Aetna monte congecerit.

O D E IV. IN MENAM.

Arg. Invicitur in Menam, qui Romæ insano luxu
& nimia potentiâ insolebat, cum olim tamen
fuisse Servus, & Pompeii & Augusti pro-
ditor.

LUpis & agnis quanta (*a*) sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est,

(*a*) Sortiri propriè quidem sonat, jactâ sorte aliquis
decide, e; sape tamen significat etiam simpliciter acci-
pere Ita Horatius dicit à natura sibi inditum odium
contra Menam.

(*b*) Iberi-

(b) Ibericis perusté funibus latus,

Et crura durā compede,

Licet superbus ambules pecuniā:

Fortuna non mutat genus.

Vidēne (c) sacram (d) metiente te viam

Cum bis ter ulnarum (e) toga,

Ut ora verrat huc, & hunc eunium

Libertina indignatio?

Sectus flagellis hic (f) triumviralibus

(g) P̄æconis ad fattidium,

Arat Falerni mille fundi jugera,

Et (h) Appiam (i) mannis terū:

Sed iibūsque magnus in primis eques

(k) Otho-

(b) Videtur Menas adhuc servus in Hispania à
Cn Pempejo ob aliquod flagitium in vincula datus &
flagris Ibericis verè cæsus. Velebitam his unes pro aliis
quibusvis positi forsan sunt. (c) Viām quā in Capitolini-
um tendebatur sacra dicta est, quod per eam sacra fer-
rentur in templum Jovis Capitolini ad frequentissima
toto anno sacrificia. (d) Id est, ita composite gradu per
eam ambulante quasi numerando passus longitudinem
viæ vellet emetiri, quod solent hemines fastu elati.

(e) Toga ampla & magnifica. (f) Judices triumviri
alii erant monetales, alii Capitales, his licebat de furi-
bus, & servis cognoscere, eum Cives non nisi à prætori-
bus judicarentur. (g) Quid dum flagellabantur Rei,
tuba inflabantur à Prætoribus. (h) Ab Aepio p̄stea
creco facta sic dicta quod eam tum temporis Censor la-
pide sterni curaſſet. (i) Manni ut supra diximus sunt
Equi parvi, quibus nobiles tam viri quam foeminae
utebantur ad delitias.

epudia-
s Creu-
ipsā in-
volante.
n) Fuit
occisi,
is ejus-
nduit,
lentem

luxu
tamen
i pro-

Iberi-
liquid
accip-
diuum

(k) Othono contempno sedet.
 Qu'd attinet tot ora navium gravi
 Rostrata duci pondere
 Contralatrones, atque servilem munum
 Hoc hoc tribuno militum?

(l) Otho legem tulerat Romæ, ne quis ex infimo ge-
 nere prima sedilia in theatris pro equitibus posita oc-
 cuparet: banc legem violabat Mena eo prætextu quod
 primi ordines tribunis militaribus essent reservati.

EPODE V. IN CANIDIAM.

Atg. Hanc publico risui expositus Horatius descri-
 bit tanquam sagam.

AT ô Deorum (a) quisquis in cœlo regis
 Terras, & humunum genus:
 Quid iste ferrum multus? aut quid omnium
 Vultus in unum me truces?
 Per liberos te; si vocata partibus
 Lucina veris affuit,
 Per hoc inane purpuræ decus precor,
 Per improbatum hæc Jovem:
 Qu'd, ut noverca, me intueris: aut uti
 Petita ferro bellua?
 Ut: hæc rlementi questus ore, constitit
 [b] Insignibus raptis puer,
 Impube corpus, quale posset impia
 Mollite [c] Thracum pectora:

Cani-

(a) Inducitur puer loquens & Deos obtestans,
 quem paras occidere Canidia ad suas incantationes.
 (b) Prætexta seu toga purpurea, & bulla aurea ex
 pectora defluens erant insignia nobilium puerorum
 propria. (c) Thraces populi imprimis bar-
 bari.

Canidia brevibus implicata viperis
 Crines, & incouptum caput,
 Jubet sepulchris [d] caprificos erutas,
 Jubet cupressos funebres,
 Et uncta turpis ova ranæ sanguine,
 Plumamque nocturnæ [e] strigis,
 Herbæque, [f] quas Cholcos, atque Iberis
 Mittit, venenorum ferax,
 Et ossa ab ore raptæ jejunæ canis,
 Flammis aduri Colchicis.
 At [g] expedita Sagana, per totam domum
 Spargens [h] avernæ aquas,
 Horret capillis, ut marinæ, asperis,
 Echinus, aut currens aper:
 Abatæ nullæ [i] Veja conscientia,
 Ligonibus duris humuna
 Exhautiebat, ingemens laboribus:
 Quo posset infossus puer
 Longo die bis, & eæ mutatæ dapis
 Incendi spectaculo:
 Cum prominere ore, quantum extat aqua
 Suspensa mente corpora:
 Intermixtato cum semel fixæ cibo

Inta-

(d) *Ficus sybvestres.* (e) *Avis nocturna & insaustis
 eminis.* (f) *Colchus & Iberia regiones Sagaram &
 Magiarum herbarium feraces.* (g) *Id est, saga suc-
 cincta.* (h) *Quæ ex magia contraxerunt nocendi vim
 parem avernælibus.* (i) *Saga.*

In abuissent (k) pupulae.

*

Hic irrefectum tæva denti livido
 Canidia rodens pollicem,
 Quid dixit, aut quid tacuit? & rebus meis
 Non infideles arbitræ,
 Nox & Diana, quæ silentium regis,
 (l) Arcana cum sunt sacra:
 Nunc, nunc adeste, nunc in (m) hostiles domos
 Irani atque numen vertite,
 Formidolosis dum latent silvis feræ
 Dulci sponore languidae:
 Senem, quod omnes rideant, adulterum
 Latrem (n) Suburranæ canes,
 (c) Nardo petuntum: quale non perfectius
 Meæ laborarunt manus
 Quid accidit? cui dira barbaræ minus
 Venena Medæ valent,
 Quibus (p) superbam fugit ultra pellicem
 Magni Creonis filiam:
 Cum palla, tabo munus imbutum, novam
 Incendio nuptiam abstulit?
 A qui nec herba, nec latens in asperis
 Radix fecellit me locis.

*

Ah!

(k) Id est, oculis obriguerint ex defectu alimenti,
 quod ante oculos quidem videbatur expositum sed ore
 non licebat contingere (l) Sacra magica. (m) In domos
 Rivalium. (n) Suburba erat Vicus Romanus à mere-
 tricibus infamis. (o) Ironicè unguentum magicum vo-
 cat Nardum. (p) Videatur paulò ante Ode ter-
 tia.

Ah! ah! solutus ambulet veneficæ
 Scientioris carmine.
 Non usitatis Vare posonibus
 (O multa fleturum caput!
 Ad me recurret; nec vocata mens tua
 (q) Marsis redibit vocibus:
 Majus parabo, majus infundam tibi
 Fastidienti poculum:
 Prisque cœlum sidet inferius mari
 Tellure porrecta super.

Sub hæc puer, jam non, ut ante mollibus
 Lenite verbis impias:
 Sed dubius unde rumperet silentium.
 Misit (r) Thyestes preces,
 Venena, magnum fas, nefasque, non valent
 Convertere humanam vicem
 Ditis agam vos: dira detestatio
 Nullâ expiatur victimâ.
 Quin, ubi perire justus expiravero,
 Nocturnus occurram furor,
 Per amique vultus umbra curvis unguibus:
 Quæ vis deotum est Manium:
 Et inquietis assidens præcordiis.
 Pavore somnos auferam.

Vos

(q) Id est, magicis. Quod enim Græcis erant Thes-
 sali, id Italis erant Marsi; nec minus venenis & ma-
 gia potens erat Circe Marsimater quam Nædea. (r)
 Id est, imprecations, quales evocuit Thyestes,
 quando Atreus ejusdem frater in vindictam adulter-
 ræ cum conjugi sua commissi filium epulandum ap-
 posuit.

Vox turbula viciatim hinc, & hinc saxis perens
Coniundet obscenæ anus.

Post insepta membra [s] different lupi,
Et [b] Esquilinas alites.

Neque hoc parentes heu mihi superstites,
Effugerit spectaculum.

(s) Dilaniabant. (t) Corvi, vultures &c. qui erant frequentes ad portam Esquilinam, quod ibi Reis capitum scelerent plectri, quorum cadaveribus pascebantur.

EPODE VI. IN CASSIUM SEVERUM.

A'g. In quem invehitur; tanquam oratorem male-dicū, & accusāndi avidū, sed parum effica-cōm, qui Nonium Asprenatē arēstissimē Augusto-junctū publicē in Senatu accusaverat veneficiis.

Quid immeidentes hospites vexas [a] canis
Ignavus adversum lupos?

Quin huic manes, si potes vertis minas,
Et me remorsatum petis?

Nam qualis aut [b] Molossus, aut fulvus Lacon,
Amica vis pastoriibus,

Agam per altas aure sublata nives,
Quæcunque præcedit fera.

Tu, cum timendā voce complēsti nemus,
Projectum odoraris cibum.

Cave, cave: namque in malos asperrimus
Patata tollo cornua:

(a) Homo impudens & mordax metaphorice dicitur canis qui me egregiè defendam. (b) Egregiæ canes.

Qualis

L I B E R IV.

143

Qualis [c] Lycambæ spretus infido gener,
Aut acer hostis [d] Bupalo.

An, si quis atro dente me petiverit,
Inultus, ut flebo, puer?

(c) Lycambus ob deceptum Archilocum poëtam sic
ab eodem mordacibus jambis fuit divexus, ut pre-
doloris impatientia laqueo gulae fibis infregerit. (d)
Hipponax oris fæditate insignis poeta Bupalum sculp-
torem, qui eum ludibrio publico exposuerat in
statua, mordacibus jambis adegit ad suspendium.

EPODE VII. AD POPULUM ROMANUM,

Arg. Execratur Bellum Civile, quod intermissum
resumebatur.

Quò, quò scelesti tuus? aut cur dexteris
Aptantur enses condicis?

Parumne campis atque [a] Neptuno super
Fulm est Latini sanguinis?

Non, ut superbas (b) vñidae Carthaginis
Romanus arcus ureret:

(c) Intaðus aut Britannus ut descenderet

(d) Sacrâ catenatus vâ:

Sed ur, secundum vota Par. horum, suâ
Urbs hæc periret dixerâ.

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Unquam, nisi indispar, * feris.

Fu òne cæcus, an rapit Vis acrior?

An culpa? Responsum date.

Tacent

(a) Id est, in mari. (b) Carthago semper fuit æ-
mula Rom. (c) Tentaverat quidem sape, sed nun-
quam adornata in Britanos expeditione, eos fibe-
subegerat. [d] Via Capitolina. Vide paulo ante
Od. 4.

Tacent; & ora pallor a bus inficit,

Mené que percusse stupent.

Sic est; acerba fata Romanos agunt.

(e) Scelusque fraternal necis:

Ut imberentis fluxit in terram Remi

Sacer nepot bus crux.

(e) Quando Roma adificabatur, Romulus occidit
fratrem suum Remum.

ODE IX. AD MECÆNATEM.

A:g. Perlati Romanum nuntio de actiaca victoria
hortatur Mecenatem ad hilares epulas, & mag-
nificos appratus pro adornando triumpho.

QUando se pôstum Cæcubum ad festas dapes

Vito e latus Cæsare,
Tecum sub alta (sic Jovi gratum) domo

(a) Beate Mecenas, bibam,

Sonante mistum tibiis carmen lyrâ,

Hac Dorium, illis (b) Barbarum?

Ut nuper, actus, cum fratre (c) Neptunius

Dux fugit uestis navibus,

Mina-

(a) Qui a gaudio triumphabat ob Cæsaris victori-
am. (b) Tibiarum concentus Phrygius seu à Phrygi-
bus inventus ideo nuncupatur Barbarus, quod Dores
aliisque Graecalias omnes nationes despicerent tan-
quam barbaras. (c) S. Pompejus Pompeji M. Paren-
tissimus, qui universo mari imperaverat gloriâ elatus,
& occupata Silicia ferox Neptuni filius videri voluit,
veste cœrulea sumpta homines etiam & equos vivos
in mare missos Neptuno sacrificavit; hic per plures an-
nos armatis etiam servis adversus Augustum infe-
liciter pugnavit.

Minatus utbi vincla, quæ detraxerat
 Scivis amicus perfidis.
 Romanus (cheui posteri negabitis)
 (d) Emancipatus locminæ
 Fieri (e) vallum, & arma miles, & spadonibus
 Se: vite rugosis potest:
 Interque signa, turpe, militaria
 Sol aspicit (f) conopeum,
 Ad hunc frementes vertierunt eis mille equos
 Ga'li canentes Cæsarem:
 Hostiliūmque navium in portu latent
 Puppes sinistrosum estæ,
 Iô triumphhe, tu morari (g) aureos
 Currus, & intactas boves.
 Iô triumphhe, (h) nec Jurgurthino parém
 Bello reportâsti ducem,
 Neque (i) Africano, cui super Carthaginem
 Virtus sepulchruin condidit.
 Terrâ, marique vietus hostis, (k) Punico
 Lugubre mutavit sagum:
 Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
 Ventis iturus non suis,

G

Exer-

- (d) M. Antonius mancipium Cleopatrae factus.
 (e) Vallus est palus, quem ferebant singuli milites, ut
 sine morte cum opus esset, excitaretur munitio castrum -
 sis, quæ vallum dicebatur à vallis, ex quibus siebat.
 (f) Tectorium mulieb e. (g) Currus triumphalis.
 (h) Est hic triumphus major triumpho Marii quo
 Jugurtham Numidiæ Regem duxit captivum. (i)
 Item Scipionis Africani minoris, qui de eversa Car-
 thagine triumphavit. (k) Depositâ ueste purpurea
 assumpst nigram,

Exercitatas aut petit Syrtes Noto,

(l) Aut fertur mari.

Capaciōes affer huc puer scyphos,

(m) Et Chia vina, aut Leſbia.

Vel, quod fluen tem nauleam coērceat.

Metire nobis Cæcubum,

Curam, meū mque Cæſar sterum, iuvat

Cule: Lyxo solve e.

(l) *Victus Antenius quod fugeret dubitans, demum se contulit in Peloponnesum positum ad sinistram Urbis Actii.* (m) *Chius & Leſbos Insulae à præstanti virtute celebres.* (n) *Seu Bacchο sic dicto, quod vinum curis animum solvat.*

EPODE X. IN MÆVIUM.

Arg. *Mario Poëta arroganti & maledico optat naufragium.*

MAla soluta navis exit (a) alite,

Feren. (b) o'letem Mævium.

Ut horridis utrumque veberes latus.

(c) Auster memento, fluctibus,

Niger iudenes Eurus, nverso mari,

Fa&osque temnos dfferat.

Insurgat Aquilo quantus altis montibus:

Frangit trementes illices.

Nec fidus ala nocte amicum appareat,

Quā tristis (d) Orion cadit:

Quietiore

(a) Infelicemine. (b) Ob arrogantiā & maledicēndi libidinem Mævius omnibus erat invīsus (c) Auster, Eurus, Aquilo venti procellosi & vehementes (d) Sidus cælestes, cuius Ortu ciet periculosa tempestates.

Quietiore nec feratur æquore,
 Quam Græsa vietum manus:
 Cum Pallas usto vertit iram ab Ilio
 In impiam (e) Ajacis ratem.
 O quantus instat uavitatis sudor tuis.
 Tibique pallor luteus.
 Et illa non virilis ejulatio,
 Preces, & aversum ad Jovem:
 Ionius udo cum remugiens sinus
 Noto catinam ruperit.
 (f) Opima quod si præda curvo litore
 Potest mergos * juverit,
 Libidinosus immolabitur caper,
 Et agna tempestibus.
 (e) Ob violatam in templo suo ab Ajace Cassan-
 dram virginem, irata Pallas Græcis post eversam
 Trojam domum redeuntibus ad Caphareum Eubœæ
 premonterium fœdissimam tempestatem immisit. qua
 Ajax cum plurimis aliis periit. (f) Si pingue cadaver
 tuum in littus ejectum aves paverit, immolabo ca-
 prum & agnam.

EPODE XIII. AD AMICOS.

Arg. Eos hortatur, ut genio hilariter indulgeant.
HOrida tempestas cælum contraxit: & imbre,
 Nivæque deducunt (a) Jovem: nunc mare,
 nunc silvæ.
 Threicio (b) Aquilone sonant: rapiamus amici
 Occasionem de die: dumque vitent genua,
 G 2 Et
 (a) Cælum in pluvias & urves convertitur, (b) Per
 lacentiam poëticam non fit elissa.

Et decet, obductâ solvatur fronte senectus.

Tu vina Torquato move Consule pressa [e] meo.

Cætera mitte loqui. Deus hæc fortasse benignâ Reducet in sedem vice. Nunc & [d] Achæmenia

Perfundî nardo juvar, & fide [e] Cylleneâ,

Leva e diris pectora soliciu[n]d[n]ibus.

Nobilis ut grandi cecinit [f] Centaurus alumno;

Invisibile mortal is, deâ ante puer Thetyds

Te manet [g] Assaraci telus, quam f[er]igida patr[is]

Findunt Scamandri flumina, lubricus & Simois.

[h] Unde tibi redic[em]um certo sub emine Parcae

Rupē e: nec mater domum cœrula te revehet.

Illic omne malum vino, can[er]ique levato,

Deformis zg i moniaz dulcibus alloquii.

(c) Natus fuerat Horatius, Manlio & Torquato Consulibus. (d) Unguento Perisco ab Achæmeno Persarum Rege. (e) Cithara Mercurii qui in Cyllene Arcadiæ monte fuit nutritus. (f) Chiron Archil[es] Pedagogus. (g) Troja Assaraci patria. (h) Subtemen vel subtegmen est filium illud transversum, quod staminis seu rectis in longum filis texendo inseritur, ut tela fieri.

(c) Natus fuerat Horatius, Manlio & Torquato Consulibus. (d) Unguento Perisco ab Achæmeno Persarum Rege. (e) Cithara Mercurii qui in Cyllene Arcadiæ monte fuit nutritus. (f) Chiron Archil[es] Pedagogus. (g) Troja Assaraci patria. (h) Subtemen vel subtegmen est filium illud transversum, quod staminis seu rectis in longum filis texendo inseritur, ut tela fieri.

EPODE XIV. AD MECÆNATEM.

Arg. Redditrationem, eur promissum carmen nondum absolverit.

Mo[re] his inertia cur tantam diffuderit imis Oblivionem sensibus.

(a) Po-

[a] Pocula Lethæos ut si ducentia somnos

A ente fauce traxerim,

Candide Mecænas, occidis, sæpe rogando.

Deus, Deus nam me vetat

Inceplos, olim promissum carmen, Jambos

[b] Ad umbilicum adducere.

(a) *Lethe fluvius apud Inferos, cuius aqua e potis parit oblivionem.* (b) *Perficere.*

ODE XVI. AD POPULUM ROM.

Arg. *Quæritur bellis Civilibus nullum imponi finem.*

[a] **A** Litera jam terius bellis civilibus ætas:

Suis & ipsa Romana viribus ruit
Quam neque fioitimi valuerunt perdere [b] Marsi,

Minacis aut Etrusca [c] Portenæ manus,
Æmula [d] nec virtus Capuæ, nec (e) Spattacus acer,

Novique rebus infidelis (f) Allobrox.

Nec fera (g) cærulea domuit Germania pube,

(h) Parentib[us]que abominatus Annibal:

G 3

Impia

(a) *Ætas hic potest significare tempus 25. annorum, ab anno enim Urbis Conditæ 694. quo collisi sunt, Cæsar, Pompejus & Crassus V.Oden 1.I.2. continua fuerunt bella civilia usque ad 719 quo scribebat hanc Oden.* (b) *Bello Marisco & speciali.* (c) *Persena obsecrit Romanam successu irrito.* (d) *Capua Campaniae caput est. Senatus, consilio, aliis que Reip. insignibus Roma æmula, ideo potissimum adhæsit Annibali, quod promisisset eam se Ub beant toti Italie præfecturum.* (e) *Spartacus gladiator celebris, author bellis servilis.* (f) *All. broges sæpe novis rebus studentes reb[us] harunt contra Romanos.* (g) *Germanis ecclii plerumque cærulei.* (h) *Majoribus nostris execrabilis Annibal.*

Impia perdemus (*i*) devoti sanguinis *ætas*:
 Fe: sique rursus occupabitur (*k*) solum.
 Barbarus heu (*l*) cineres insiste: victor: & urbem
 Eques sonante verberabit ungulâ:
 Quæque carent ventis, & foliibus, oslä (*m*) Quirini,
 Nefas videte d: siipabit insolens.
 Fortè quid expedit, communiter, aut melior pars
 Malis carere quæ fitis laboribus,
 Nulla sit hac Potior sententia: (*n*) Phocæorum
 Velut p: ofugit execrata civitas:
 Agros, atque lates patrios, habitandaque fana
 Apri reliquit, & rapacibus lupis,
 Ite, pedes quocumque ferunt: quocunque per undas
 Notus vocabit, aut protinus Africus.
 Sic placet? an melius quis habet suadere? secundâ
 Ratem occupare quod moramur alite?
 Sed juremus in (*o*) hæc: simul imis laxa renânt
 Vadis levata, ne redire sit nefas:
 Neu coaversa domum piceat dare linteal, quando
 (*p*) Padus Matina laverit cacumina:
 Credula nec* fulvo stimeant armenta leones,
 Ametique falsa laevis h:icu: æquora.
 Hæc, & quæ poterunt redditus abeindere dulces,
 Eamus omnis execrata civitas,

Aut

(*i*) Nos Reo, execrandi, & ideo effundendi sanguis-
 nis. (*k*) Solum Romanum. (*l*) Cineres deletæ Urbis. (*m*)
 R: mult. (*n*) Phocæa Urbs Jonia, cuius Civis cum di-
 re haberentur ab Harpago lyri praefecto rebâ Patriæ
 mari se dantes venerunt in Gallia, ubi considerunt.
 Massiliam. (*o*) In hæc observanda; ut ubi lapides pro-
 fundo maris sublevati enataverint, iceat redire. (*p*)
 Matinus mons Calabriae à Pado procūt remotus.

Aut pars iudicili melior grege: molliſ, & exſpes,

(q) Inominata perp̄im̄at cubilia.

Vos quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum:

Etruſca p̄zter & volate litora.

Nos manet Oceanus circum vagus: arva beata

(r) Petamus, arva, divites & insulas:

Reddit ubi Cererem tellus inatata quotannis,

Et imputata floret usque vinca:

Germinat & nunquam fallentis termes olivz:

Suamque pulla ficus ornat arborem.

Mella cavā manant ex ilice: montibus altis.

Levis crepante lympha defilit pede.

Illic injūſſæ veniunt ad mulētra capellæ:

Refertque (s) tena grex amicus ubera:

Nec vespertinus circum gemit uſus ovile:

Nec intumescit alta vi peris humus.

Plurāque felices mirabitur: ut neque largis

Aquoſus Eurus arva radat in abribus:

Plagia nec ſiccis urantur ſemina glebis,

Utrumque rege temperante Calitum.

Non huc (t) Argoo contendit remige pinus,

Neque impudica (u) Colchis intulit pedem:

Non huc Sidonii torterunt cornua nautæ,

Labores nec cohors Ulyſſei.

Nulla nocens pecori contagia: nullius aſtri

Gregem æstuosa totet impotentia.

(q) Ignavi mas in locis his inauspicatis, propter innocentem Romi janguinem ibo à monulo profumum. (r) Adeamus Insulas Fortunatas; ubi sunt aurea ſacula. (s) Extensa. (t) Navis Argonautarum. (u) Medea.

Juppiter illa pia secrete vitito a geni,
Ut inquinavit ære tempus aucteun;
Aëre, de hinc ferio duravit sœcula: quorum
Piis secunda vate me datur fuga.
*

EPODE XVII. IN CANIDIAM VENEFICAM.

*Arg. Fingens se victum Canidiae magicis artibus
Horatius Palinodiam simulat. & quasi veniam
petens eam gravius exagitat.*

JAm jam efficaci (a) do manus scientiæ
Supplex: & oto regna per Proserpinæ.
Per & D. anæ non movenda numina.
Per atque libros carminum, valentium
Refixa caelo devocate fideta;
Canidia, parce voc bustandem sacris,
Circumque retro (b) olve, solve turbinem.
Movit (c) nepotem Telephus Nereium:
In quem superibus ordinat agmina
Mysoium, & in quem tela acuta torseat.

(d) Unxite

(a) Hic quasi perfecta res esset, exclamat se vi-
tum & veniam rogat (b) Turbo erat instrumentum
Magicum, quod sage, cum aliquid vellent volvabant,
cum nollent, revolvabant; solemnia interim incanta-
tionum verba pronuntiaventes, que hic sacra voces
vocantur. (c) Achille in filium Thetidis filiæ Nerei
Telephus Myse Rex cum impedire voluisse, ne ad
Trojam obstendam per Mysiam transiret graviter ab
eo fuerat vulneratus, nec ab alio, quam ab ipso qui
vulnus fecerat Achille sanari potuit; quod & regatus
præstít.

(d) Unxere matres Iliæ addictum feris,
Alitibus, atque canibus homicidam Hætorem,
Postquam relictis mœnibus rex procidit,
Heu, pervicacis ad pedes Achillej.
Setosa ducis exuere pellibus:
Laboriosi Remiges Ulyssi

Volen e circe membra, tunc mens & sonus

(e) Relatus atque notus in vultus honor.
Dedi satis supèr que pœnarum tibi.

(f) Fugit juventus, & verecundus color
Reliquo tossa pelle amicta luridâ,
Tuis capillus albûs est odoribus:

Nullum à labore me reclinat otium:

Urget diem nox, & dies noctem: neque est
Levare tenta spiritu præcordia.

Ego négatum vincor, ut credam miser,

(g) Sabeila pectus increpate carmina:
Capù que Marsa dissipare neniâ.

Quid amplius vis? o mare, & terra! ardeo!

Quantum neque atro delibutus Hercules

(h) Nessi cruore, nec (i) Scaña ferida

Furens in Æna flamma: tu, donec cinis

Injuriosis ardus venis ferar,

G 7

Cales

(d) Ad preces Priami Achilles permisit Matronis Trojanis corpus Hætoris à se occisi sepelendum.

(e) Circe filia Solis, Italiae. Medea permisit Ulyssis sociis, ut redirent ad pristinam formam humanam. (f)

Conserisco. (g) Incantationes Sabinis & Marissimilares. (h) Vide Oden 3. (i) Etnamons in Sicilia perpetuis flammis astuans.

Cales finis? aut quod me manet (l) Colchicis,
Quae finis? aut quod me manet (l) stipendium?
 Effare, iussas cum fide pœnas tuam,
 Paratus expiare, seu poposceris
 Centum juvencos: sive mendaci lyra
 Voles sonari: tu pudica, tu proba,
 Perambulabis astra sidus au eum.
 Infamis Helenæ (m) Castor offendit vice,
 Fratérque magni Castoris, vieti piece
 Adempta vari reddidit e lumina:
 Et tu (potes nam) solve me dementia,
 (n) O nec paternis obsoleta fordibus,
 Nec in sepulchris pauperum prudens anus
 (o) Novendales d' flipare pu' vices.
 Tibi hospitale peccu', & puræ manus.

(k) Medea in Colcho nata v. Oden 3. (l) Omne tri-
 butum vel in are vel in cute persolvendum victori de-
 citur stipendium. (m) Castor & Pollux dolentes vicem
 Helenæ sereris, quam carmine suo diffamaverat Stes-
 chorus Poeta, eidem ademerunt oculos, quos denuo ex-
 orati restituerunt. (n) Ironia (o) Non die exequia-
 rum Saga dicebantur furtim rapere cineres defun-
 torum maximè pauperum, quibus ob egestatem nullus
 adhibebatur custos.

E P O D E X V I I I .

A'g. Canidias rataseriò veniam à se peti, neque lu-
 dum agnoscens negat se ullis precibus posse exo-
 rari.

Quid obseratis aut bñs fundis preces :
 Non faxa nudis suid ora navitis
 Neptunus alto tundit hybernus salo.

Inultus

Inultus ut tu riseris (a) Co^ryctia
 Vulga a^s sacrum liberi Cupidinis?
 Et (b) Esquilini Pontifex venefici
 Impune ut urbem nomine implēris meo?
 Quid proderit ditāsle (c) Pelignas anus
 Velociusve miscuisse toxicum,
 Si tardiora tata te votis manent?
 Ingrata mīlēro vita ducenda est, in hoc,
 Novis u^t usque suppetas doloribus.
 Optat quietem (d) Pelopis infidus pater,
 Egens benign^z Tangalus semper dapis:
 Optat Prometheus obligatus aliti:
 Optat supremo collocare Sisyphus
 In monte saxum: sed yetant leges Jovis.
 Voles modò altis desilire turribus,
 Modò enī pectus Notico tecludere:
 Frusti aquae vincia gutturi innētes tuo,
 Fastidiosâ tristis agrimoniam.
 Vectabor humeris tunc ego inimicis eques:
 Mezque terra cedet insolentiaz.
 An, quā movere cereas imagines
 (Ut ipse nosti curiosus,) & polo
 Veripere Lunam vocibus possum meis:

Possum

(a) *Sacra nocturna & flagitiosa si dicta à Cotyctone*
Dea turpitudinem; que ab Horatio evulgata queritur
Canidia. (b) *Pontificum erat Iacrorum quibus præ-*
funt, rationem probè callere. Ingeniosè ergo hic retor-
quetur in Horatium, qui sic descripsérat ritus incan-
tationum, ut videatur Pontificem agere velle hujus-
medi sacrorum (c) Peligni Sabiniis juncti ab artibus
magicis infames. (d) *Damnati ad Inferos à pœnis suis*
noti.

Possum crematos excitare mortuos,
Desiderique temperate poculum;
Plorem artis in re nil * agentis exitum.

(a) CARMEN SÆCULARE

AD APOLLINEM ET DIANAM.

*Arg. Peracto seculo eos aliósque Deos precatur pro
incolumitate Populi Rom.*

PHæbe, silva: umque potens Diana
Lucidum cœli decus, & colenda
Semper, & culti, date, quæ precamur
(b) Tempore sacró:

Quo Sibyllini monuere Versus,

(c) Virgines lectas pueri: que castos,
Diis, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.

Alme Sol, curru nitido d' em qui
Promis & celas, aliúisque & idem

Nasceris

(a) *Carmen seculare canebatur in Capitolio iudicis
secularibus, qui centesimo quoque anno à Regibus ut
aliqui volunt exactis solebant institui; quanquam nec
hoc semper fuerit observatum. Cum Suetonius dicat
hos ab Augusto anticipatos. Et anno 64. post iterum
Claudius eos dederit spectandos. (b) Hoc tempus habe-
batur sacrum. (c) Legebantur pueri ter novem pre-
textati & nobiles, patrem adhuc & matrem habentes,
cum totidem puellis ejusdem generis qui in duas tur-
mas divisi, seorsum canerent carmen seculare per tri-
duum.*

Nasc
Rite:
Lenis
Sive tDiva
Prosp
FemiCertu
Orbis
Ter dVolsq
Quod
TermFertil
Spice
NutriCond
Supp
Sider(f) L
Lituu(d)
vare
de M
quia

L I B E R.

157

Nasceris, possis nihil urbe Româ
Vilere majus.

Rite maturos aperire partus
Lenis (*d*) Ilithyia, tue te matres:
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu (*e*) genitalis..

Diva, producas Iobolens patrumque
Prosperes decreta super jugandis
Feminis, proliisque novæ feraci.

Lege marita :

Certus ut denos decies per annos
Oribis, * & cantus referat que ludorum.
Ter die claro, torisque grata.

Nocte frequentes.

Vosque veraces cecinisse Parcæ
Quod semel dictum est, stabiisque rerum
Termminus servet, bona jam peractis

Jungite fata.

Fertilis frugum, pecorisque tellus
Spicæ donet Cererem coronâ :
Nuriant foetus, & aquæ salubres ,

Et Jovis auræ.

Condito mitis, placidusque telo ,
Supplices audi pueros, Apollo :
Siderum regina bicornis audi

Luna puellas.

(f) Roma si vestrum est opus, Iliæque
Littus Etruscum tenuere turmæ,

H.

Jussi

(d) Diana seu lunæ cognomen, quo significatur ju-
vare parturientes. (e) Senatus consulta: Item Legem
de Matrimonio. (f) Roma Apollinis dicitur opus.
quia eo jubente Aeneas venit in Italiam.

Jussa pars mutare lates, & urbem
Sospite cursu.

Cui per ardorem (g) sine fraude Trojam
Castus Æneas patriæ superstes
Liberum munivit iter, daturus

Plura relictis :

Dñi probos mores docili juventæ,
Dñi senectuti placidæ quiete in,
Romulæ genti date, remque prolemque,
Et decus omne.

Quique vos bobus veneratur albis
(h) Clarus Anchisa Venerisque sanguis.
Imperet bellante prior, jacentem
Lenis in hostem.

Jam mari, terrâque manus potentes
Medus, (i) Albanasque timet secures;
Jam Sexthæ Responsa petunt, superbi
Nuper, & Indi:

Jam fides, & pax, & honor, pudor que
Priscus, & neglecta redire virtus
Audet, appare que beata pleno
Copia cornu.

Augur, & fulgenti decorus arcu
Phœbus, acceptusque novem Camœnjs,
Qui salutari levat arté fessos

Corporis attus:
Si Palatibas videt æquus Arces:
Rémque Tomanam, Latiumque felix:

(k) Al-
(g) Sine noxa & impune. (h) Designatur hic Au-
gustus ob adoptionem Julii Cesaris ex veneris & An-
chise originem dicens. (i) Seu Romanas; Roma enim
in principio fuit Albanorum quasi Colonia.

[k] Alterum in lustrum, meliusque semper
Proroget ævum.

Quæque Aventinum tenet, Algidumque,

[l] Quindecim Diana preces vitorum

Curer, & votis puerorum amicas

Applicet aures.

Hæc Jovem sentire, deosque cunctos
Spem bonam certamque, domum reporto,
Dostus, & Phœbi [m] chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

(k) Videtur intelligere lustrum sacerulare; ludi
enim sacerularibus Urbs solebat lustrari, seu inniri Ci-
vium numerus. (l) Syllabarum libri primum
Duumviris, dein decemviris demum quindecim vi-
ris dati fuerunt custodiendi; quorum erat illos inter-
pretari, & ludos sacerulares procurare. (m) Chorus
puerorum & puellarum; ac quibus suprà.

F I N I S.



Al-
Au-
An-
nem

x240 1735

C

1801

44 $\frac{3}{K, 36}$

D
D
D

Domina

Aleus

qui natus



Q. HORATII
FLACCI
CARMINUM, seu ODARUM
LIBRI IV.
ET
EPODON LIBER UNUS,
Ab omni obscenitate
Romæ expurgati,
In Usum Studioæ Juventutis
facilioribus notationibus
illustrati.



COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Sumptibus WILH. METTERNICH Bibliop.
Sub Signo Gryphi.
ANNO M. D. CC. XII

GÖTTSCHE